10
3
2
A NAZIONALE
- FIRENZE

Digitized by Google

15. 3. 422

Digitized by Google

ANIMA
BRUTORUM

SECUNDUM

SANIORIS PHILOSOPHIÆ CANONES

VINDICATA

ALTERA EDITIO CUM ADDITIONIBUS,

ET NOTIS,

Quæ illud omne complectantur, quod hactenus hac in re ſcitu dignùm a Philoſophis excogitatum eſt.

L U C Æ MDCCLXI.

Typis Joſephi Rocchii)(*Superior. Permiſſu.*

Digitized by Google

Opinionibus Vulgi rapimur in errorem, nec vera cernimus.

Cic. lib. 2. de leg.

B.º 10. 3. 492

PRAEFATIO

EDITORIS

HIſtorica, diſſertatio, quam prae. ceteris addendam cenſui hiſce Dialogis vere aureis, & politiſſimis, apertum ſatis reddet cuilibet quanto Philoſophorum aeſtu omni aetate agitata fuerit, & hac etiam noſtra pertractetur de Brutorum anima quaeſtio. Proh quam tenax & vigens, maxime ſapientum in animis, quae magis latent, ſcrutandi, educendique e tenebris cupido! Hinc vana illa, quin peſſima aemulatio, & litteraria invidia, quae ad vires animis veritatem inquirentibus ſubminiſtrandas, augendaſque impar omnino, novas tantum inducit difficultates, quas ut majores ſint, ex Religione, cum licet, mutuatur violenta, quaſi, aſperiorem moleſtioremque patefaciendo aditum, prohibe-

re hunc velit ceteris ad ea, quae fruſtra ſe tentaſſe ii ſentiunt, in quibus fervet ipſa & aeſtuat. Hinc contra opinionem ſpiritualem animam in Brutis admittentem tot obiici caeperunt ſcripturarum, Conciliorum, & Patrum loca. Haec cum per belle explicet, praedictae quinimo opinioni conciliet auctor opuſculi, quod modo publicae exhibeo luci, ſimulque maxima cum elegantia, & efficacia pro ea, ex naturali ratione deſumpta, plurima promoveat argumenta, illud typis ut rurſus depromeretur, auctor fui. Habeant ergo omnes ſuſcepti, & ſequuti conſilii rationem. Plura adjeci, & praeſertim hiſtoricam, eo quia opinionum philoſophicarum hiſtoriam judicio inhaerens doctiorum exiſtimem humanarum ſcientiarum partem, quae ſummo ſtudio ob ſpem inde ſequuturae maximae utilitatis ſit excolenda. Accedit, quod noverim haec a pluribus deſiderari non minus quam expectaretur nova opuſculi editio. Ipſe Bayle teſtatur ſuis etiam temporibus haec plurimum a doctis viris exoptata fuiſſe. Cum articulo *Pereira t.* 3. aliqua hujuſmodi protuliſſet, plura articulo *Rorarius t.* 4. perſecutus eſt. Quicumque, ea quae affert Bayle cum iis contulerit, quae ipſe protuli facile intelliget, quot ad eruditio-

tionem, & quidem non ſuperfluam addiderim. Confutationem etiam nonnullorum ſyſtematum ſi non ex profeſſo aggreſſus ſum indicavi ſaltem, ita ut quilibet poſſit eam per ſe nullo momento ampliare & extendere. Quae in aliis auctoribus invenire mihi licuit aut majorem rei lucem afferentia, aut ab auctore noſtro omiſſa ſuis locis inſerui; Demum ea omnia indicavi loca, in quibus, qui plura deſiderat, invenire poſſit. Quae ex hiſce provenire debeant utilitates non ipſe hic differam, ne videar mihi & operi meo texere encomia. Quoad reliqua hoc unum monendum cenſeo, nempe = *Les areopages litteraires exigent plus de recherches que de reflexions, plus de titres, que de jugemens & de ſtyle* (a).

(a) Differt. Hiſt. Politiques, & litteraires par le C. Guaſco. Tournay. 1756.

OPTIMO, HUMANOQUE

L E C T O R I

IN proverbii conſuetudinem venerat apud graecos Philoſophos, quemadmodum a Cicerone accepimus, ut ad indicandum, quaeſtionem aliquam explicatu multum eſſe difficilem, ea Problema archimedeum diceretur (a). *Problema hercules archimedeum tandiu arbitratus ſum controverſiam implicatiſſimam de anima brutorum animalium, quandiu vel Ariſtotelicis me Doctoribus inſtituendum conceſſi, vel eos, mei tandem juris effectus, conſului, qui beſtias, aut meras eſſe corporales machinas, aut animas earumdem eſſe ſpiritus ſanguineos autumarunt. Quare judicabam, animam brutorum animalium unam eſſe ex iis rebus, quas ſcitu difficiles eſſe, nec poſſe ab hominibus ſermonibus facile expli-*

(a) Lib. Epiſt. ad Att. 13. Epiſt. 28.

plicari quaſque Deum hominum diſputationi; tradidiſſe divinis litteris edocemur, ut non inveniat homo opus, quod operatus eſt Deus ab initio. Quid enim captu magis arduum, quid conſtantiſſimae experientiae magis contrarium, quam animos beſtiarum materiales eſſe ſubſtantias, cognitionis tamen, & ſenſus participes, aut mera automata ſentiendi, ac percipiendi facultatibus penitus expertia? At vero quum Viri Clariſſimi, ac Catholicis Dogmatibus addictiſſimi Laurentii Magalotti mihi placitum innotuit [quamquam admonente Domino Bayle (a) *in eadem longe antea conceſſerint opinionem plurimi Carteſianorum], myſterium reſeratum eſt; tumque omnis, ſi quae mihi adhuc ſupererat, dubitationis nebula diſſipata eſt, & evanuit, quum opus, mira equidem eruditione, nitore, ac doctrina a Domino Boullier elucubratum, ad manus pervenit gallice inſcriptum* Eſſai philoſophique ſur l' ame des bêtes &c, *in quo ſane nihil poteſt deſiderari, quod ad confirmandam naturalibus momentis immaterialem animam in brutis, poſſit conferre.*

Laetabar propterea, & mihi gaudebam, illam tandem me nactum fuiſſe ſententiam,

 quae

(a) Nouv. Lettr. de l' Auteur de la Crit. gen. lett. 2.

quae explicandis omnibus beſtiarum operationibus videretur accommodatiſſima. Hanc idcirco publico non ſemel certamine vindicandam propoſui; Hanc ego opinionem, ſi quid certi in phyſicis rebus obtinere nos poſſumus, ceteris praeferendam coram viris eruditiſſimis apertiſſime conteſtatus ſum. Quum autem novam diſſertationem contra immaterialem animam brutorum in lucem prodiiſſe audiviſſem, hanc mihi ſubito comparavi, eademque die totam attente perlegi (a). *Rem poſtea viris aliis bene multis narravi, quos, ſicuti doctrina praecellenter, ita noveram in ſententiam meam valde proclives; hique pluribus, efficacibuſque momentis ſuaſerunt, ut, data occaſione, immaterialem brutorum animam vindicarem. Duram nimis provinciam vehementer pertimui, atque ideo huic ſuſcipiendae difficilis primum fui: ſed quum animus veriſimilis opinionis amantiſſimus nunquam conquieſceret, meque nimium ea moverent verba, quae adverſarius ſententiae mihi acceptiſſimae Dialogo ſecundo proferre veritus non eſt, immaterialem ſcilicet brutorum animam dubie tantum, & titubanti quaſi animo propoſitam fuiſſe, nec non ea etiam, quibus, hac admiſſa, periclitari Fidei ve-*

(a) Hujus auctorem Sacerdotem eſſe ferunt ex Minimorum Familia.

veritates Dialogo octavo aſſeveravit, intimis animi motibus tandem obtemperandum eſſe exiſtimavi. Hinc

Come fanciul, ch'appena
Volge la lingua, e ſnoda;
Che dir non sà, ma 'l più tacer gli è
  noja;
Così 'l deſir mi mena
A dire; e vò che m'oda
Il mio dolce nimico, anzi ch'io
  mojà. (a)

En tibi Lector humaniſſime ſcribendi occcaſionem: En modo Operis inſtitutum, Animam brutorum ſecundum ſanioris Philoſophiae canones vindicatam placuit hoc inſcribere, quem titulum, quanquam non inficiar me ab alio Clariſſimo Scriptore mutuatum fuiſſe, a P. nimirum Saguenſio, qui cuidam operi ſuo titulum poſuit Atomiſmus vindicatus, *multum nihilominus eſſe opportunum facile intelliges. Ab optima adverſantis Scriptoris methodo mihi non eſſe diſcedendum putavi. Perſonae eaedem ſunt, quae differunt; ſed alteram habes quae non parum proderit amoenitati, qua proba-*

(a) Petrar. par. 1. canz. 26.

batiſſima in re, ſapientum virorum exempla proſecutus ſum. Ariſtippum philoſophum Cyrenenſem propono, neque inconſiderate; de hoc etenim apud Diogenem Laërtium habemus (a) Erat enim ei ingenium facile, & congruere loco, tempori, perſonae noverat, omnemque convenientiae ſervare rationem: Quamobrem & Dionyſio plus ceteris probabatur, quia ad omne, quod emergeret, bene affectus inſtructuſque videretur. *Ob hanc propterea cauſſam de hoc philoſopho ſcribit Horatius* (b)

> Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res.

Plane aggredi adverſarinm meum primo poſuiſſem, aptiorem ab hoc opinionem exquirendo; Objurgare enim, *ut ajebat S. Gregor. Naziar.* haud magnum eſt, perfacile quippe, & cujuslibet hominis: Conſilium autem ſuum, animique ſententiam ſubrogare, viri eſt mente praediti. (c) *Atque ideo non inopportune gallus admonebat Erudituſſimus Scriptor*, Avant que d' attaquer les ſyſte-

(a) Diog. Laert. de vit. & mor. Philoſoph. lib. 2.
(b) Epiſt. 17. lib. 1.
(c) Orat. 3. de Theol. contr. Eunomian.

ſyſtemes des autres il faudroit ſonger, ce me ſemble, a bâtir ſolidement le ſien, á le fortifier de toutes parts, & le mettre pour ainſi dire hors d'inſulte (a) *Ne quis autem contra indirectum impugnationis genus mihi aliquando tragedias excitaret, iſtiuſmodi diſſerendi rationem negligendam duxi.*

Criminari etiam quis poſſet, me latine ſcribentem plurimas uſurpaſſe Italicorum Poëtarum ſententias, & ſimilitudines. At ſi id piaculum non fuit viris aliis fere innumeris me longe ſapientioribus, qui vernaculo ſcribentes idiomate, ea, quae ſibi in buccam veniebant, & Latina, & Gallica & Hiſpanica non ſiluerunt proloquia, incuſandus ne ego ſum propterea, quod Latino utens ſermone, a vernaculis, quae mihi forte obvenerunt dictis, quibuſdam, non abſtinuerim, quae animum [ut dicam id, quod in me ipſo non ſemel expertus ſum] prolixae diſputationis taedio multoties affectum non parum recreare ſolent?

Otioſam fortaſſe rem, & ſupervacaneam me pertentraſſe accuſabis, quum in hac controverſia alios obtineamus loculentiſſimos Scriptores. At ſicuti gloriari haud temere potuit Adverſarius meus, primum ſe fuiſſe, *qui*

(a) Boull. Eſs. philoſ. ſur l'am. des Bêt. t. 2. c. 1.

qui de hac materia ex profeſſo *pertractaret* (a), *de hac inquam materia ſecundum Fidei noſtrae principia, ita nec incuſandus ego ſum vacui laboris, quod novae in hac materia philoſophaudi methodo ſatisfecerim, potiſſimum quum nullum hactenus Scriptorem comparaverim, qui latine brutorum animam immaterialem eſſe ex inſtituto propugnaverit. Illa igitur Auguſtini verba in mentem tibi revocanda ſunt:* Neque enim omnia, quae ab omnibus conſcribuntur, in omnium manibus veniunt, & fieri poteſt, ut nonnulli, qui etiam haec noſtra intelligere valent, illos non inveniant libros, & in iſtos ſaltem incidant. Ideoque utile eſt, plures a pluribus fieri diverſo ſtylo.... etiam de quaeſtionibus iiſdem, ut ad plurimos res ipſa perveniat, ad alios ſic, ad alios autem ſic (b).

Si quid aut imperitum, aut rude comperies, id partim ingenioli mei tribuas imbecillitati, partim anguſtiis temporum; paucu las etenim, & contractiſſimas horas operi perficiendo conceſſerunt litterariae permultae, quae me quotidie occupant exercitationes. Quiſquis ergo, [*dicam cum S. Auguſtino*] quum le-

(a) Diſſert. contr. Spirit. Anim. brut. in Praef.
(b) Lib. de Trinit. I. cap. 3.

legit, dicit: hoc non bene dictum eſt...: ſi ita eſt, ponat librum meum, vel etiam, ſi hoc videatur, abjiciat (a).

Ab omni affectato, fucoſoque genere dicendi me abhorruiſſe tibi erit perſpicuum; ſed illud adhibuiſſe, quod homines familiaribus colloquiis differentes magis deceret. Non inſuetis, aut novis vocibus ſtudui, ſed iis potiſſimum, quae ad rem explicandam opportuniores viſae ſunt. Ceterum ſi plura invenies, quae latini ſermonis nitorem minus oleant, eorum memineris, quae ſcribit Joannes Clericus (b) Ut barbariem data opera non captavimus, ita nec vocabulis Scholae uſu jam receptis, ubi aeque commode res aliter efferri non poterat, uti dubitavimus Quum hodie non ſcribamus latinis auribus, ſed jam ejuſmodi ſermoni adſuetis, ſtultum eſſet, quod una voce ſcholaſtica perſpicue poſſis, longa, & obſcura circumlocutione exprimere.

Quum denique ab omnibus ſemper vel leviſſimis conviciis temperaverim, facile hinc intelliges quiſquis es Lector humaniſſime, quod

Io parlo per ver dire,
Non per odio d'altrui, nè per
diſprezzo (c). SE-

(a) S. Auguſt. ibid.
(b) In Praef. ad Pneumat. t. 2.
(c) Petrar. par. I. canz. 29.

SERIES DIALOGORUM.

I.

Opuſculi inſtitutum, & ratio aperitur.

II.

Sentiendi facultas comprobat in brutis immateriale aliquod principium.

III.

Percipiendi, & cognoſcendi facultas evincit, eſſe in brutis principium immateriale.

IV.

Nulla ex immateriali beſtiarum ſubſtantia inepta proveniunt conſectaria.

V.

Ea vindicantur divinarum litterarum teſtimonia, quae animae beſtiarum immateriali favere videntur.

VI.

V I.

Declaratur, monumenta e ſacris libris contra animam brutorum immaterialem derivata non ſatis eſſe decretoria.

V I I.

Opinio, quae immateriali brutorum animae patrocinatur, ſanae Fidei non conſona, aut periculoſa ex Conciliorum ſanctionibus nequit comprobari.

V I I I.

S. Bernardus Sermone quinto in Cantica revera opinatus eſt, animam brutorum eſſe immaterialem.

OPUSCULI INSTITUTUM

ET RATIO APERITUR.

DIALOGUS PRIMUS

Critophilus, *Philadelphus*, & *Ariſtippus*.

Crit. TAndem aliquando poſt diuturnam abſentiam datum nobis eſt te reviſere amatiſſime Philadelphe. Ab Urbe te diſceſſiſſe putabam, terras ſoli olim notas Columbo forte peragraturum. Quae nunc cauſſa ad nos te reducit?

Phil. In Urbe ſemper fui, ſed a conſuetis amicorum conventibus me ſurripui, ut liberius, quemadmodum te conſentiente conſtitueram, contemplationi circa animam brutorum materialem, ſeriuſque vacarem. Tibi enim promiſeram animae brutorum immateriali me penitus valedicturum, eamdemque ut erroneam, atque in Fide periculoſam omnibus praedicaturum, niſi poſt aliquod examen, quod mecum ipſe adhuc inſtituere decernebam, ne praeceps eſſem in

abdicanda mihi alias acceptiſſima opinione, alicujus ponderis momentum occurreret. Examen modo abſolutum eſt. Contuli me confeſtim domum tuam, cumque intellexiſſem, te apud Ariſtippum Amicum noſtrum commorari, recta me huc adduxi.

Crit. Quem ergo fructum ex longo, accuratoque horum menſium examine conſecutus es? An non ſentis mearum rationum pondus? An non fateri tandem compelleris, me non temere locutum fuiſſe, quum erroneam, & periculoſam in Fide tuam de immateriali beſtiarum anima ſententiam pronunciabam.

Phil. Tantum abeſt, Critophile, ut ego id confitear, ut potius paratus advenerim, ſi quod unquam dubitationis verbum inconſiderate excidiſſet, penitus revocare. Tot enim, quum profunda occupabar hujuſce rei meditatione, rationum momenta pro immateriali brutorum anima nactus ſum, ut plane videar è tenebris, aut caliginoſo loco in admirabile lumen advocatus.

Ariſt. (a) *Non fur mai tutte ſpente, a quel che' i veggio.*
Ma ricoperte alquanto le faville.

Cre-

(a) Petrar. par. 1. Can. 13.

Credebam perpetuo vos ſilentio beſtiarum animam ſepeliviſſe; ſed haec iterum, nec opinato in lucem prodit. Credebam pacem, ubi non eſt pax. Si vobis placet Domini mei, litem ego veſtram conciliabo.

Phil. Utinam facile adeo poſſet conciliari! Quo magis in inquiſitione naturalis iſtius veritatis, quae rudi vulgo captu facilis ſemper viſa eſt, curioſe progredimur, eo ſemper ſpinoſiorem exitum intelligimus, & hoc unum obtinemus, animam belluarum ea inter arcana merito annumerandam eſſe,

(a) *Che quanto può par che natura celi.*

Ariſt. Dicamus quod Joan. Baptiſta Du Hamel, Gaſſendi, Williſii, Fabri, & aliorum veſtigiis inſiſtens opinatus eſt (b) animam brutorum ſanguineam illam eſſe ſubſtantiam, quae ſpiritibus magis affluit, & purior eſt, ac vividior in belluarum corporibus. Id ſi nos affirmabimus, nullum erit amplius in Fide periculum, immo divinarum Litterarum Oraculis conſentanea ſuebimur, quae ſanguinem pro anima in brutis

 divi-

(a) Arioſ. Can. 37. ſtan. 39.
(b) Jo. Bapt. du Hamel. Phyſ. part. 3. c. 1.

divinitus conſtitutum non obſcure proponunt. Libro enim (a) Levitici habemus : *Homo quicumque de filiis Iſrael, & de Advenis, qui peregrinantur apud vos, ſi venatione, atque aucupio ceperit feram, vel avem, quibus veſci licitum eſt, fundat ſanguinem ejus & operiat illum terra. Anima enim omnis carnis in ſanguine eſt.* In Deuteronomio legimus : (b) *Hoc ſolum cave ne ſanguinem comedas; ſanguis enim eorum pro anima eſt.* Hac de re Sanctus Auguſtinus ſuper indicata Levitici verba ſcribit (c): *Numquid ſi animam pecoris ſanguinem dicimus, etiam anima hominis ſanguis putanda eſt? Abſit.*

Phil. Tramitem hunc eſſe tutiorem olim ego etiam arbitratus ſum in nodoſiſſima controverſia, ſed ad conciliandum diſſidium ne credas opportunum. Quis enim imbecillis adeo erit ingenii, ut non ſtatim percipiat, placitum iſtiuſmodi affine eſſe omnino Carteſianorum commento? An non ſanguinea ſubſtantia, utcunque ſit purior, ac ſpiritibus referta, materialis nihilominus eſſe debet? Quinam igitur cogitare haec poterit, amare, velle, ſentire, aliaſque hujus generis

(a) Levit. cap. 17. ver. 13. 14.
(b) Deuter. cap. 12. verſ. 23.
(c) S. Auguſt. lib. 3. quaeſt. in Levit quæſt. 56.

neris functiones exercere? Neganda erit propterea brutis animalibus quaelibet cognitio, negandus quilibet ſenſus, quod conſectarium, quamvis facile admittant Philoſophi ex Carteſianorum familia, beſtiarum tamen operationibus prorſus contrarium eſſe ex conſtanti animi perſuaſione intelligimus.

Crit. Accedit, non levem anſam cavillationis Epicueris nos fore praeſtituros, ſi id dixerimus. Demus etenim, motus quoſlibet beſtiarum a ſanguineis ſpiritibus per nerveos tubulos excurrentibus unice derivandos eſſe; an non ſuſpicari ſaltem, ſi non credere haud temere poterimus, humanas etiam actiones cauſſam forte non diſſimilem habere? Haud temere, inquam, opera namque admirabiliora in brutis animalibus ob oculos nobis quotidie verſantur, ac ea ſint, quae in parvulis noſtris obſervamus.

Ariſt. Placitum, quod obtinendae pacis gratia vobis proponebam, non principiis naturalibus magis conſentaneum crederetis optabam, ſed principiis rectae Fidei magis cognatum, quam cognationem, praecipuam ego noveram cauſſam eſſe veſtrae diſſenſionis.

Phil. Credere ne poteris, Ariſtippe mi Fidei principiis magis cognatum philoſophicum illud placitum, quod naturali lumi-

ni divinitus ſuper nos ſignato apertiſſime, & conſtantiſſime adverſatur? Plurima Deum poſſe, divinaſque Litteras narrare, quae captum ſuperant noſtrum, facile credimus; at non ita facile credere debemus Deum, *qui non eſt contrarius veritati, & in quo eſt ipſa ſumma, & incommutabilis veritas, quo illuſtratur, ut ſit quidquid in quorumcunque animis, & mentibus veri eſt*, ut loquitur Sanctus Auguſtinus (a) ea etiam operari divinaſque Litteras ea etiam narrare, quae non ex erronea, & praejudicata opinione, ſed vera, evidenti, ac conſtanti perſuaſione, falſa eſſe exiſtimamus.

Hinc movere plurimum nos haud debent divini Eloquii teſtimonia, quae de vera brutorum anima non eſſe intelligenda, Sanctus Auguſtinus autumavit, ſed aut pro temporali vita beſtiarum, aut ſecundum tropicam ſignificationem. Aut nimirum animae vocem in ſacris Codicibus pro temporali vita uſurpari, quo ſenſu ajebat Apoſtolus (b): *Non facio animam meam pretioſiorem, quam me*: quo ſane loco Sanctus Paulus animam vocat, corporalem hujus ſaeculi vitam, quam pro Apoſtolico implendo miniſterio, propagan-

(a) S. Auguſt. lib. cont. Fauſt. 26. c. 5.
(b) Actor. 20. verſ. 24.

gandoque Chriſti nomine impendere non verebatur. Sanguinem porro, inquit S. Doctor, pro vita corporis ſacrum Scriptorem apte uſurpaviſſe, *quia per ſanguinem potiſſimum in hac vita vivitur, qui in omnibus venis, & corporis junctura diffunditur, unde vita iſta temporalis maxime ſanguine continetur*. Aut ſecundum tropicam ſignificationem, eo pacto quo dicitur (a): *ſeptem ſpicae, ſeptem anni ſut. Petra antem erat Crbiſtus* (b). *Sanguis autem animam ſignificat* (proſequitur S. Auguſtinus) *quia ſicuti anima inter res inviſibiles corporis viventis principatum tenet; ita ſanguis praevalet inter res viſibiles, adeoque melius anima ſignificatur per ſanguinem*. Et ſane non ſecundum rigidiorem verborum ſignificationem, ſed tropico ſenſu exponendum eſſe oppoſitum Levitici teſtimonium hac ratione contendit idem Sanctus Auguſtinus (c): *Non anima omnis carnis pecoris ſanguis ejus eſt, ſed anima, inquit, omnis carnis ſanguis ejus eſt. In omni utique carne, etiam hominis caro deputatur*. Conſectarium fieret propterea, in ſanguineis ſpiritibus humanam etiam animam eſſe collocandam, quod nefarium eſt.

 Quae

(a) Geneſ. 41. verſ. 26.
(b) Corint 10. v. 4.
(c) S. Auguſt. lib. 3. quaeſt. in Levit. quaeſt. 56.

Quae quum ita ſint, bene intelligitis Domini mei, nec Sanctum Auguſtinum horum Philoſophorum ſententiae ullo modo ſuffragari: idque manifeſtius innoteſcit ex iis, quae S. Doctor poſteaquam multum elaboraverit explicando Levitici teſtimonio, eorumque nefaria conſecutione vitanda, qui mentem etiam humanam in ſanguine conſtituendam propterea exiſtimarent, tandem ſubjecit: *Verum ſi quiſquam putet animam pecoris eſſe ſanguinem, non eſt in iſta quaeſtione laborandum. Tantum ne anima hominis, quae carnem humanam vivificat, & eſt rationalis, ſanguis putetur, valde cavendum eſt, & hic error modis omnibus eſt refutandus.*

Crit. Tua certe non allucinatur cognitio, amate Philadelphe, quum neque eorum opinionem veriſimilem dijudicas, qui animam beſtiarum in ſanguineis ſpiritibus conſtituunt. Utinam non ita deciperetis, quum animam brutorum, immaterialem credis, quae ſententia Catholicos prorſus dedecet Philoſophos!

Phil. Facile adeo ne dixeris Catholicos dedecere Philoſophos. Nos itaque dedecere poterit opinio, quae, ſi rationes e naturalibus principiis comparatas ſpectemus, ceteris eſt probabilior, atque ad explicandas bru-

torum

torum operationes accomodatior; ſi momenta aut e ſacris Codicibus, aut Patrum teſtimoniis, aut Conciliorum doctrina derivata vel patrocinium in his obtinet, vel nullum certe incommodum?

Crit. Quantum ſit in Fide periculoſa, quantum divinis Litteris, & Conciliorum decretis contraria, quantum ſit SS. Patrum Sententiis parum conſona opinio tua, mihi videor tibi ſatis aperuiſſe, ex qua diſſerendi ratione tibi etiam inferendum erat, eandem neque naturalibus conſentaneam momentis comprobari poſſe, quum nec Eloquium Dei, nec Conciliares ſanctiones, nec Eccleſiae Antiſtites naturali rationis lumini adverſentur.

Phil. Credidiſti quidem te id ſatis demonſtraviſſe, at res tibi fortaſſe, ut ſperabas, non bene ceſſit. Ni pertimeſcerem rem tibi nimium injucundam me facturum, optarem ut omnia, quae a te propoſita olim fuerunt, ad ſeveriorem trutinam iterum vocarentur.

Crit. Quae ſemel propoſui tueri, ſemper paratiſſimum me habebis. Veritatis privilegium eſt publicam lucem numquam timere.

Phil. Ariſtippum, ſi placet, noſtrarum Judicem concertationum, & Praeſidem de-

deprecemur. Virum optime noſcis neque in unam, neque in alteram partem proclivem.

Crit. Nihil ego optare poteram ſecundius, quam ut Ariſtippum Philoſophum aque ingenuum, & ſapientem noſtrarum ſeligeres exercitationum praeſidem.

Ariſt. Nec dulcius quidquam, aut honorificentius exorare a vobis poteram, quam ne dedignaremini veſtris me intereſſe concertationibus. Mihi eſt, ut noſtis, hortulus philoſophicis agendis conventibus accommodatiſſimus; Silvula frondoſa non deſtituitur, quam garrulus alluit rivulus. Urbanis hic procul negotiis pomeridianas aliquot horas eruditis dabimus colloquiis.

Crit. Supereſt igitur, ut Philadelphus ordinem ſtatuat, quem impoſterum diſputando ſervemus.

Phil. Non vos multum morabor. Naturalem primum rationem conſulemus, & examinabimus, num & ſenſus, & cognitio, quibus certe bruta animalia non omnino deſtituuntur, principium aliquod immateriale his concedendum evincant. Secundo, num ex immateriali principio beſtiis conceſſo, inepta, & abſurda proveniant conſectaria. Tertio, an immaterialis anima brutorum divini Eloquii teſtimoniis adverſetur. Quarto, an

an Conciliorum doctrina placitum, quod immaterialem eſſe belluarum animam ſuſtinet, ſacrae Fidei parum conſonum, aut periculoſum comprobetur. Poſtremo Sancti Bernardi mentem vindicabimus. En vobis pauculis propoſitam rerum ſeriem. Valete interim Domini mei.

SEN-

SENTIENDI FACULTAS

Comprobat in brutis immateriale aliquod principium.

DIALOGUS SECUNDUS.

Philadelphus, *Ariſtippus*, *Critophilus*.

Phil. Verebar, Ariſtippe mi jucundiſſime, ne illa, qua in rebus ceteris ſolet, alacritate, adventum meum praeſtolatus fuiſſet Critophilus. Abſoluto etenim prandio Amicum domi habui ex genere eorum hominum, quos veteres apud Gellium locutulejos, & blaterones, & linguaces dixerunt, a quo vix ſagaciter me tandem ſurripui; ſed ille, ut video, nondum adeſt.

Ariſt. Magnum certe negotium illum contra morem detinuerit oportet. Verumtamen crede, non multum is cunctabitur. Sedeamus interim, ſi placet, in porticu, ut venientem citius, longiuſque attingamus.

Phil. Bene eſt, ſedeamus. Sortem ego invideo hanc tuam Domine Ariſtippe. O quam jucundum faciles hoc loco obtinere zephiros, & favonios, his potiſſimum diebus!

(a) *Quum*

(a) *Quum gravis exuſtos æſtus hiulcat agros.*

Ariſt. Ita eſt. Tibi candide fateor, me cum aliis etiam amicis meis de loci iſtius opportunitate non ſemel gloriatum fuiſſe. At ni longa me fallit diſtantia, videre mihi videor concitatis greſſibus Critophilum ad nos properantem.

Phil. Ipſe eſt procul dubio, ejuſdemque adventus mihi *jubet arma parari*.

Ariſt. Arma equidem a te validiſſima paranda ſunt; habes enim hoſtem inter Ariſtotelicos acutiſſimum, & paratiſſimum.

Phil. Satis ego noveram; nihilominus *nec tam valde timendum, nec plane contemnendum puto*, ut cum Cicerone loquar.

Crit. Veniam date Domini mei, qualis amicos decet. Straveram me aliquantulum dormiturus in molli ſella, quam nuperrime ad pomeridianam quietem idoneam comparavi, famuloque impoſueram, ut lapſa brevi hora, niſi ſponte ſurgebam, me expergefaceret: Is vero graviori captus ſomno, adhuc ſtertit. Cauſſam dixi, ob quam tardior condicto tempore vobis adſum.

Ariſt.

(a) Catul. Car. 67.

Ariſt. Quo lepidior eſt eventus, eo faciliorem tibi veniam damus. At concedamus tandem in hortulum, quem philoſophicis veſtris concertationibus opportunum voluiſtis. Si bene memini, primum quod ventilandum heri propoſuiſtis hoc fuit: utrum ex ſentiendi facultate, qua certe bruta animalia minime privantur, immateriale aliquod principium in iſtis comprobetur. An ita eſt?

Phil. Ita plane. Primum igitur abs te quaero Critophile. Autumas ne beſtias omnis ſenſus expertes eſſe?

Crit. Haud ſane. Quamquam enim non ejus ego ſim opinionis, quam merito erroris inſimulat Sanctus Auguſtinus (a): *Non enim audienda eſt, neſcio quae impietas ruſticana plane, magiſque lignea, quam ſint ipſae arbores, quibus patrocinium praebet, quae dolere vitem, quando uva decerpitur, & non ſolum ſentire iſta quum caeduntur, ſed etiam videre, atque audire credit.* Ludicram nihilominus, licet ingenioſam fabellam puto Carteſianorum hac in re ſententiam, quum potius arrideat ejuſdem Sancti Auguſtini doctrina (b), nimirum quod ſicuti mente, ratione, & ſcientia beſtiis nos Deus praepoſuit, ita

(a) S. Auguſt. lib. de Civit. Dei, 21. c. 1.
(b) Auguſt. lib. de quant. an. c. 28.

ita ſenſu beſtiae multae nos ſuperant. Quod hinc tamen conſectarium moliris?

Phil. Quod conſectarium? Illud ipſum, de quo contendimus, brutis propterea immateriale aliquod principium eſſe concedendum.

Crit. Noli quaeſo de victoria tam cito gloriari. Ariſtippus pronunciet quae neceſſaria unquam connexio has inter duas propoſitiones appareat. Bruta animalia ſentiendi facultate minime privantur, gaudent itaque immateriali principio.

Ariſt. Ni prorſus caecutio, nullam ego video. Fas eſt idcirco, ut eam nobis paullo manifeſtius aperias.

Phil. En ſtatim, dummodo prolixiori me dicentem ſermone excipere non gravemini. Duo igitur in qualibet ſenſatione diſtinguamus oportet multum diverſa, impreſſionem illam nimirum, quam ab exterioribus, quaecumque haec ſint, objectis mechanica patitur corporalium organorum compages, ac iſtius impreſſionis perceptionem, quam dolor aliquis, aut voluptas ſemper conſequitur. Quum hyemali tempore, ver. gr. ad ignem rigentes manus accedimus calefacturi, ignea corpuſcula, quae ab igneo corpore continuato fluxu divelluntur, dum cutem externam penetrant, nerveaſque illas fibrillas,

quae

quae ad tactus organum referuntur, motu ſuo exagitant, excitantur ſubito deliteſcentes ſpiritus animales, qui ad cerebri uſque ſubſtantiam excurrentes, in qua omnia nervorum paria ſive conjugationes radicem habent, eamque illi imprimunt commotionem, ex qua ſecundum ſancitas ab optimo Conditore leges, humana mens ad percipiendum calorem determinatur, jucundum quidem, quoties temperata fuerit nervulorum commotio, ingratum vero, ſi ea nimium fuerit concitata. *Ex cerebro*, dicebat etiam Sanctus Auguſtinus (a), *radii emicant oculorum, & de cujus medio, velut centro quodam non ſolum ad oculos, ſed etiam ad ſenſus ceteros tenues feſtucae deducuntur ad aures, ad nares, ad palatum propter audiendum, olfaciendum, atque guſtandum, ipſumque tangendi ſenſum, qui per totum corpus eſt, ab eodem cerebro dirigi dicunt per medullam cervicis, & eam quae continetur oſſibus, quibus dorſi ſpina conſeritur, ut inde ſe tenuiſſimi quidam rivuli, qui tangendi ſenſum faciunt, per cuncta membra diffundant. Quum igitur his quaſi nuntiis accipiat anima quidquid eam corporalium non latet* &c.

Qua-

(a) Auguſt. lib. de Gen. ad litt. 7. c. 13.

Quamobrem duo ad cujuslibet ſenſationis exercitium requiruntur principia, materiale aliud, in quo fiant externorum objectorum impreſſiones, immateriale alterum, quod voluptatem, aut dolorem ex corporeis affectionibus percipiat. His propterea conſideratis, quotieſcunque ſentiendi facultatem brutis animalibus non denegamus, praeter mechanicam corporalium organorum ſtructuram, immateriale aliquod principium, quod gaudio, aut dolori percipiendo aptum ſit, neceſſario tribuendum erit.

Ariſt. Placet mihi ſummopere haec ingenioſa philoſophandi methodus; Ita ne tibi etiam arridet Critophile?

Crit. (a) *Ognun del ſuo ſaper par che s'appaghi.*

Facile nimium, Philadelphus, philoſophicae cuilibet explicationi acquieſcit, quam ex novae, ut ajunt, Philoſophiae Scriptoribus, diſcit. Multa is putat certa, quae non ſunt. Opinatur, primo idem eſſe non poſſe impreſſionis, & perceptionis principium: ſecundo inconcuſſum eſſe, ut immateriale ſit perceptionis cujuſcunque principium. Tertio

B non

(a) Petr. Trionfo della fama, cap. 3.

non abſimili modo ſentiendi facultatem, quae in brutis eſt, exponendam, ac eam explicemus, quam in nobis ſentimus. Haec porro, & ſi qua alia ſunt hujuſmodi, eadem, qua adſtruuntur, facilitate negari a me haud temere poſſunt.

Phil. Nihil ego certum veluti, & inconcuſſum proponebam, cujus veritatem certis, inconcuſſiſque momentis vindicare paratus non ſim. Unum dumtaxat a te humaniter peto, ut videlicet patiaris, ejus, quod ſecundo loco mihi reponebas, ſolutionem in diem alteram me differre; fuſiorem enim illud poſtulat diſputationem.

Ariſt. Meo etiam obſecundabis genio, ſi id Philadelpho benigne conceſſeris. Video quaeſtionem alteram promoveri, quae peculiariter diſcutienda eſt. Audiamus te interim, Philadelphe, duobus aliis momentis ſatisfacientem.

Phil. Praeſto vobis ſum Viri humaniſſimi. Non temere adſtruebam diverſum eſſe perceptionis principium a principio, ſeu, ut caſtigatius loquamur, a ſubjecto corporeae impreſſionis. Nobis enim ipſis conſcii ſumus, fieri in nobis poſſe corporalium organorum impreſſiones abſque ulla prorſus ſenſus perceptione, quotieſcunqne mens noſtra rebus a-

liis

liis conſiderandis vehementer occupatur, vel ecſtaſim patitur, vel profunda contemplatione quaſi extra corpus rapitur: *Evidenter elucet*, appoſite inquit S. Auguſtinus (a), *quod plerumque* (animam ſubaudias) *ſe vehementi cogitationis intentione avertit ab omnibus, ut prae oculis patentibus, recteque valentibus multa poſita neſciat*. Id autem haud ſane evenire in nobis poſſet, ſi in mechanica ipſa corporalium organorum textura percipiendi etiam principium reſideret.

Crit. Semper, pace dicam tua, ſemper philoſopharis ex iis, quae in nobis experimur; quum tamen diverſa eſſe debeat penitus ſenſationis nativitas in brutis animalibus, quorum tam diſſimilem noſcimus conditionem.

Phil. Pace ego dicam tua, inopportuna eſt omnino tua haec inſtantia, quae in illud recidit momentum, quod mihi poſtremo loco objiciebas. Pauliſper tibi adhuc ſuſtinendum erat, tibique inſtantiae aditum praecluſiſſem. Venio eapropter ad ultimum. Fabulantur quidem Poëtae, commentitius Gentilium Deos in agreſtes brutorum formas quandoque abiiſſe, qua de re canebat ille: (b)

 Et

(a) S. Auguſt. lib. de Geneſi ad litt. 7. cap. 20.
(b) Ovid. Metam. lib. 7.

Et ſe mentitis Superos celaſſe figuris :
Delius in corvo , proles Semeleia capro
Fele ſoror Phoebi , nivea Saturnia Vacca
Piſce Venus latuit , Cyllenius Ibidis alis .

At nullus unquam hominum ita factus eſt ſicut equus , & mulus , ut experiri potuerit quinam ſit in brutis ſentiendi modus ; nihilominus ſi ex iis , quae animus noſter novit , ſurgere poſſumus , & debemus ad incognita , quae non novit : Sane ex illo , quem in nobis experimur , ſenſationis modo , qui ſit etiam in brutis , haud immerito poſſumus argumentari . Nec mei iſtius ratiocinii robur infirmabitur , ſi dixeris , nobis plane perſuaſum eſſe diverſam eſſe prorſus rationabilium , & irrationabilium animalium naturam ; ſiquidem illud etiam nobis perſuaſum eſt illa cum iſtis in ſentiendi facultate convenire , in qua , ut tu ipſe cum S. Auguſtino confeſſus es , beſtiae multae homines ſuperant . Quare , ſi verum eſt vulgatiſſimum Geometrarum proloquium ; *Quae mutuo ſibi congruunt , aequalia ſunt* , ex modo , quo nos ſentimus , modum , quo beſtiae ſentiunt , non inconſiderate argumentamur . Illud etiam deſpiciendum minime eſt , ſemel ac velimus percipiendi principium in iiſdem corporalibus brutorum organis reſidere , in quibus extimorum fiunt objectorum im-

impreſſiones, merito dubitare non poſſe, ne duplex conſequatur in brutis objecti ejuſdem perceptio, ſicuti duobus oculis eamdem arborem, aut eumdem lapidem iſta percipiunt, duabus auribus eamdem Venatoris vocem, potiſſimum quum ſuffragari tibi non poſſit, nullum nos pati iſtiuſmodi incommodum, quanvis non abſimili modo oculis duobus, & binis auribus objecta excipiamus. Enimvero ſi volueris ex iis argumentari, quae in nobis ipſis experimur, non leve, ut vides, opinioni meae patrocinium ſuppeditabis.

Ariſt. Induxiſti nos igitur in laqueum, Philadelphe mi, quum a nobis poſtulaſti, ut tibi daremus, bruta animalia ſentiendi facultate, donata eſſe?

Crit. Noli quaeſo timere, ubi non eſt timor. Facilis eſt, facilis hujus laquei ſolutio. Quanvis revera ex iis, quae in nobis experimur, conjicere poſſimus, ſentiendi principium a ſubjecto corporearum impreſſionum etiam in brutis eſſe diverſum, fortaſſe tamen diverſum non erit, fortaſſe diſſimilis erit in brutis, & in hominibus ſentiendi modus.

Ariſt. Fortaſſe equidem res, ut tu imaginaris, ſe ſe habere poterit; neque enim hac in re mathematicam, ut inquiunt, demonſtrationem a me obtinebis. Arbitror ni-

hilominus probabilem ſatis, quam ego propoſui argumentationem, non facile a te negligendam. Ceterum caveas ne charybdim fugiens, incidas in ſcillam. Fortaſſe diceret tibi Carteſianus Philoſophus, fortaſſe non ſentiunt bruta, quanvis ex ea, quam nos experimur voluptate, aut dolore ex corporalibus impreſſionibus, ſentire bruta judicare liceat. Fortaſſe non cognoſcunt bruta, non percipiunt, non amant, quanvis ex iis, quae in nobis eveniunt, cognoſcere bruta, & percipere ſuſpicari poſſimus. Fortaſſe.......

Ariſt. Ne longius hoc dicendi genere proſequaris. Ex ſilentio, quo te dicentem ſuſtinet Critophilus, opinari licet eum tibi aliquantulum acquieſcere.

Crit. Eſt ſub lapide Scorpius omni, ut vetus erat Graecorum proverbium. Quancunque in partem conceſſerim, periculum video.

Phil. Ut autem vobis innoteſcat, Domini mei, modum, quo naturalem ſenſationem vobis exponendam aggreſſus ſum, nec novam eſſe, nec inauditam philoſophandi rationem, nec alienam a ſana, & probatiſſima diſſerendi methodo, Ciceronem primo audiatis (a): *Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus*

(a) Cic. Tuſ. quaeſt. lib. 1. c. 20.

mus ea, quae videmus; neque enim eſt ullus ſenſus in corpore, ſed ut non ſolum Phyſici docent, verum etiam Medici, qui iſta aperta, & patefacta viderunt, viae quaſi quaedam ſunt ad oculos, ad aures, ad nares, a ſede animi perforatae. Itaque ſaepe aut cogitatione, aut aliqua vi morbi impediti, apertis, atque integris oculis & auribus nec videmus, nec audimus, ut facile intelligi poſſit animam & videre, & audire, non eas partes, quae quaſi feneſtrae ſunt animi, quibus tamen ſentire nihil queat mens, niſi id agat, & adſit. Quid quod eadem mente res diſſimillimas comprehendimus, ut colorem, ſaporem, calorem, odorem, ſonum? Quae nunquam quinque nuntiis animus cognoſceret, niſi ad eum omnia referrentur, & is omnium judex ſolus eſſet. Conſimilia habet Lucretius Carus, qui licet circa animi naturam, multum deſiperet, confeſſus eſt nihilominus:

(a) . . . . *Neque ſeorſum lingua, neque aures*
Abſque anima per ſe poſſunt ſentire, nec eſſe.

Verum quid plura a veteribus quaero, ſi hanc conceptiſſimam eſſe novimus ejus Philoſophi do-

(a) Lucr. de rer. nat. lib. 3.

doctrinam, quem tanti facit Peripateticorum familia, ejus dico Ariſtotelis, cui mehercules ſubſcribere non recuſabit Critophilus? *Senſus*, inquit hic (a), *ubi ſejunctus ab intelligentia eſt, laborem veluti inſenſibilem habet: unde dictum mens videt, mens audit*. Quibus haec alia concinunt (b), *neque enim anima, vel animae facultas viſiva eſt in oculo externo, ſed, ut patet, interius eſt*.

Crit. Faciliori nunc animo Philoſophiam tuam excipio, quam clariſſimi Ariſtotelis mei teſtimonio confirmari ſentio, quem Virum ſummo ingenio, & ſcientiae copia, Tullius praedicat. (c)

Phil. Si tam facile movit te Ariſtotelis teſtimonium, quid in animo poterit tuo tam religioſo apertiſſima Sancti Auguſt. Auctoritas? En tibi Auguſtinum (d): *Dolor, qui dicitur corporis magis ad animam pertinet; animae enim eſt dolere, quum in eo loco dolet, ubi laeditur corpus. Sicut ergo dicimus, corpora ſentientia, & corpora viventia, quum ab anima ſit ſenſus, & vita, ita & corpora dicimus dolentia, quum dolor corporis, niſi ab ni-*

(a) Ariſt. Probl. 33. ſect. 11.
(b) Ariſt. lib- de Sen. & ſenſib, c. 2.
(c) Cic. Tuſc. quaeſt. lib. 1. c. 4.
(d) Auguſt. lib. de Civ. Dei, 21. c. 3.

anima eſſe non poſſit. Dolet itaque anima cum corpore in ejus loco, ubi aliquid contingit, ut doleat. Dolet, & ſola dolet, quamvis ſit in corpore. Antea vero jam docuerat (a): *Dolores, qui dicuntur carnis, animae ſunt in carne, & ex carne. Quid enim caro per ſe ipſam ſine anima vel dolet, vel concupiſcit? Sed quum concupiſcere caro dicitur, vel dolere aut ipſe homo eſt, aut aliquid animae, quod carnis afficit paſſio, vel aſpera, ut faciat dolorem, vel lenis, ut voluptatem. Intendit* (ſcribit alibi ibidem Sanctus Auguſtinus) *ſe anima in tactum, & eo calida, frigida, aſpera, lenia, dura, mollia ſentit, atque diſcernit. Deinde innumeras differentias ſaporum, odorum, formarum, guſtando, olfaciendo, audiendo, videndoque dijudicat . . . Sed haec* (opportunam ſane Auguſtini doctrinam) *ſed haec omnia poſſe animam etiam* in *beſtiis, nemo negat.* (b)

Ariſt. Quam bene in rem tuam quadrant, quae ex Auguſtino recitaſti! Decretoria equidem ſunt ad eam rudioris vulgi deridendam opinionem, quae obtinet apud homines bene multos, voluptatis, aut doloris ſenſum ipſis corporalibus organis tribuentes.

Crit.

(a) S. Auguſt. lib. de Civ. Dei, 14. c. 15.
(b) S. Auguſt. lib. de Quant. an. c. 33.

Crit. Neque id ego diffiteor, praejudicatam hanc eſſe vulgi opinionem, qui, ut monet Cicero, ex veritate pauca, ex opinione multa aeſtimat. At vero ſi tibi ego reponerem, brutorum animam, quae dolorem, aut gaudium percipit ex corporalibus impreſſionibus, formam illam eſſe ſubſtantialem, quae omnia in brutis operatur, quid tandem tua haec doctrina conſequeretur?

Phil. Putarem te jocari velle, ſi id reponeres. Quod enim patrocinium ſperare poteris a forma tua ſubſtantiali, quam *incredibiliſſimum eſſe ens*, palmaribus argumentis demonſtravit inter ceteros acutiſſimus Pater Saguenſius (a), quaeque inopportunum prorſus exiſtimo tibi iterum commemorare. Praeterea quinam unquam materialis ſubſtantia, cujuſmodi certe eſt decantata adeo in Scholis Peripateticis ſubſtantialis forma, ex variis impreſſionibus corporis dolorem, aut gaudium poterit percipere; Si id volueris, fateri compelleris contra Sanctum Auguſtinum, corporis dolorem, ab ipſo corpore, quod ſane a corporali, ſive materiali ſubſtantia, diverſum non eſt, utique eſſe poſſe. Illud etiam non negligas Carteſianum quoque Philoſophum...

Ariſt.

(a) Saguenſ. Atom. vind. Dial. 4., & 5.

Ariſt. Ne fuſiorem protrahas ſermonem; te enim video ſenſim declinare ad alteram, quam differri optaveras diſputationem.

Phil. Tibi obtemperabo ſtatim, ſi Critophilus patietur, quem promptae ſolutionis cupidum cognoſcis.

Crit. Optarem, non inficior; ſed quoniam Ariſtippus, quem noſtrarum concertationum Moderatorem ſelegimus, jubet hodiernam pugnam diſſolvi:

Defigo tellure haſtas, & ſcuta reclino. (a)

Ariſt. Jam Sol, qui ad hanc uſque horam moleſtus fuit, ut videtis;

Praecipitem Oceani rubro lavat aequore currum. (b)

Egrediamur tandem, ſi libet, Domini mei, paullulum deambulaturi, ut animum philoſophicis occupationibus preſſum aliquantulum recreemus. Cras vos iterum expectabo in re propoſita diſputaturos.

Per-

(a) Virg. Æneid. 12.
(b) Virg. Georg. 3.

Percipiendi, & cognoſcendi facultas, evincit eſſe in Brutis principium immateriale.

DIALOGUS TERTIUS.

Ariſtippus, *Philadelphus*, *Critophilus*.

Ariſt. DEdiſti heri, Philadelphe, dediſti gladium Critophilo, qui ſe occideret, ut cum Plauto loquar. Te illud poſtulante, ſentiendi facultatem brutis animalibus conceſſit, ſed in foveam, quam paraveras, id concedendo lapſus ille eſt. Ut animum tibi etiam meum aperiam, ſcias me nunc ſuſpicari aliquantulum, ſit ne vere in brutis immateriale aliquod principium.

Phil. Si ea, quam heri habuimus, brevis diſceptatio, ſuſpicionem a te aliquam obtinere potuit, ſpero futurum eſſe, ut hodiernum diſcrimen, fidem apud te aliquam conſequatur, quam certe brutorum cognitioni, & perceptioni negare haud poteris.

Ariſt. Bruta cognoſcere, & ſubobſcuro quodam modo circa res bene multas diſſerere, animo ita adhaeret meo, ut illos tantum id inficiari poſſe judicaverim, qui oculos habent, & non vident. (a) *E*

(a) *E ſe non t' increſceſſe l' aſcoltarmi,*
Coſa direi, che ti faria ſtupire.

Audias quid in cane ego ipſe pauculis ab hinc menſibus expertus ſim. Lapſis poſtremo autumnalibus feriis, ad dies aliquot in optima Amici villa diverſatus fueram, cui canis erat vertagus, quem utpote ad venationem aptiſſimum, & ad domi cuſtodiam maxime opportunum, multum ego amabam, adeo ut neglectis aliis, qui domi non deerant, catellis, huic ſpeciatim blandirer frequentius, ſapidioribus hunc, atque abundantioribus menſae dapibus paſcerem. Factum itaque eſt, ut quum dies illa tandem adveniſſet, qua litterarii labores ad Urbem me revocabant, quum primo canis ille me vidit, ad iter arripiendum paratum, a me numquam diſceſſerit. Moeſtus ille erat, & dolens, lamentabatur paſſim, atque inter Amicorum officia, qui me frequentiores tum convenerant, ut proſperum mihi ad Urbem reditum auſpicarentur, erecto interdum corpore, me quaſi illacrymans amplexabatur, aliaque innumera doloris ſigna ita aperte exprimebat, ut omnes, qui mecum erant, rei novitatem non parum ad-

(a) Arioſ. Can. 25. ſtan. 25.

admirarentur. Quoties id ego recogito, Philadelphe, fateri compellor, canem iſtum diſceſſum meum optime praeſenſiſſe, eaque omnia incommoda, quae me diſcedente, ſibi forte obventura erant, ſubobſcura quadam ratiocinatione praevidiſſe.

Crit. Salvete Domini mei. Qui ſunt ſermones veſtri? Gravis ne forſan vobis adſum, aut inopportunus?

Phil. Immo jucundiſſimus nobis eſt adventus tuus. In conſuetis quidem, omni verum dignis admiratione animalium brutorum operationibus, ſermo noſter verſabatur.

Crit. Miror ſane beſtiarum operationes vos adeo admirari. Ea potius admirentur Carteſiani, penes quos nullam prorſus cognitionem obtinent bruta. Nobis autem, qui cognitionem aliquam his concedimus, quibus eſſe concedendam non ſola ratio naturalis, ſed ipſa etiam divina auctoritas, & SS. Patrum conſenſus non obſcure perſuadet, quae unquam ex beſtiarum operationibus admirationis, aut ſtuporis cauſſa derivare poterit?

Phil. Bene loqueris Critophile. Nullam ego habere poſſum cauſſam admirationis. Quis enim mirabitur, ſubſtantiam immaterialem, cognitionem aliquam in ſuis operationibus praeſeferre? Obſtupeant itaque Car-

Carteſiani, obſtupeſcant Peripatetici, qui beſtias omnes eſſe ſubſtantias materiales aſſeverant.

Crit. Heus ne dixeris ſubſtantias immateriales. Ab utroque extremo nobis eſt decedendum; neque debemus beſtiarum conditionem ita deprimere, ut arboribus, aut lapidibus iſtas comparemus, neque ita attollere, ut cum hominibus conferamus.

Phil. *O quattro volte, e ſei*
(a) *Fortunato colui, che ben intende!*

Veſtram hac in re temperamentum beſtias cognitionis cujuslibet non expertes affirmatis, haſce nihilominus ſubſtantias dijudicatis adaequate materiales. Captu difficilior res iſta mihi ſemper viſa eſt, ac ſit difficile

(a) *Diſcere quam multae zephiro turbentur arenae,*
Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus,
Noſſe quot Jonii veniant ad littora fluctus.

Ariſt.

(a) Guar. P. F. A 5. Sc. 6.
(b) Virg. lib. Georg. 2.

Ariſt. Niſi & tibi, & Critophilo timerem eſſe moleſtus, eas libenter a te rationes intelligerem, quae animum ita commovent tuum, ut pati neſcias, bruta animalia ſubſtantias eſſe adaequate materiales, & tamen cognoſcendi facultate non prorſus deſtitui.

Crit. Id ego ſciſcitari jam mecum conſtitueram; ſed quoniam Ariſtippus me praeceſſit, huic propterea indulgeas.

Phil. Nihil hac interrogatione delectabilius optare a vobis poteram. Haud ſane difficiles opinari licet Ariſtotelicos, admittendo Deum Opt. Max. duo tantum ſuprema ſubſtantiarum genera condidiſſe, quum in principio creavit coelum, & terram, ſubſtantiam ſcilicet ſpiritalem, & corporalem. Jam vero proprius, & formalis conceptus ſubſtantiae tam uni, quam alteri communis eſſe debet, ac ea propter tam ſpiritualis quam materialis ſubſtantia *erit ens per ſe ſubſiſtens*, aut, ut aliis magis arridet (a), qui priorem ſubſtantiae definitionem minus accommo datam exſtimant, *ens in ſe exiſtens*. Quid igitur illud erit, quod unam ab altera ſubſtantia ſecernet? Erunt ſane peculiares illae affe-

(a) Apud Steph. Chavin. ver. Subſtan.

affectiones (quidquid in oppoſitum differat Lockius contendens, realem ſubſtantiarum naturam, & eſſentiam rerum intimam, neque ab effectibus, & operationibus obtinere nos (a) poſſe) erunt proprietates illae, quae ita uni conveniunt, ut alteri minime competant: affectiones porro, ſive proprietates iſtiuſmodi unde comparabimus, niſi ex ſeria, accurataque illorum effectuum conſideratione, quos provenire videmus ab iis ſubſtantiis, quas vel ſpiritales, vel materiales cognovimus? *Operatio*, dicebat S. Thomas (b) *Cujuslibet rei eſt ſecundum modum ſubſtantiae ejus*; rerum ſiquidem, quas non cernimus, natura aliunde, quam ex operationibus colligi nequit, admonente Grotio. Hac de re ita argumentabatur etiam Tullius (c) ſicuti ex operibus Deum cognoſcimus, quem non videmus, ſic ex operibus cognoſcere debemus animum noſtrum, quanvis iſtum non videamus. Quum itaque maturo, diligentique mei ipſius examine, quem ſubſtantiam ſpritalem ſimul, & materialem eſſe intelligo, clare, diſtincteque cognoverim, ſubſtantiam

 il-

(a) Lock. tentam. de hum. intell. Op. Ang. lib. 3. c. 6. §. 9. lib. 4. c. 3. §. 26., 27., & alibi.
(b) S. Thom. 1. part. quaeſt. 50. art. 2.
(c) Cic. quaeſt. Tuſ. lib. 1 §. 29.

illam, quae in me eſt ſpiritalis, cogitandi, percipiendi, cognoſcendi facultate donatam eſſe, qua illa deſtituitur, quam in me corporalem ſentio, & e contrario, ſubſtantiam illam, quae in me eſt corporalis, extenſam eſſe cognoverim, diviſibilem, ſolidam, &c., non ita alteram, quam in me ſentio ſpiritalem; merito propterea mihi concludendum eſſe exiſtimavi, materiales ſubſtantias a ſpiritualibus eſſentiali ſpecie diſtingui, quod iſtae cogitare, percipere poſſunt, & cognoſcere, non illae. Illae vero occupare locum poſſunt in partes diſcindi &c., non iſtae. Quamobrem quum optime viderim, utrumque ſubſtantiae genus perturbari neceſſario, & confundi, ſemel ac aſtruamus illas etiam, quae adequate materiales ſunt, cogitare poſſe, percipere, & cognoſcere, animo idcirco ſuadere meo nunquam potui, brutorum animam materialem eſſe ſubſtantiam, eandemque nihilominus percipiendi, cogitandi, & cognoſcendi facultate gaudere.

Ariſt. Ex umbra in Solem prodire mihi videor. Sed Critophilum audiamus.

Crit. Si me etiam paucula dicentem ſuſtinere non recuſabitis, futurum ſpero, ut lux in tenebris vobis luceat. Cogitate, brutorum cognitionem, & perceptionem eſſe mate-

te-

terialem, & facile intelligetis quî fieri poſſit, percipiendi, & cogitandi facultatem ſubſtantiis etiam adaequate materialibus convenire; cogitate, beſtiarum cognitionem non eſſe reflexivam, totaque difficultas ita ex animo veſtro diſſipabitur,

(a) *Come al Sol neve, come cera al fuoco,*
E come nebbia al vento.

Ariſt. Antequam tibi reſpondeat Philadelphus, breviſſimam excipe ratiocinationem, quae mihi animo obvenit, dum praeſidium nuperrime propoſitum tibi parabas. Quis me contra ſanioris Philoſophiae canones diſſerere non pronunciaret, ſi proferrem, ſubſtantiam adaequate ſpiritualem re ipſa extendi poſſe, in partes diſtrahi, & in varias figuras diſponi? Non abſimili equidem ratione inepte philoſopharer, ſi dicerem, ſubſtantiam adaequate materialem percipere poſſe, cogitare re ipſa, & cognoſcere.

Phil. Ad hominem argumentabaris; ſed ille, ut vides, materiali, non reflexiva cognitione, & perceptione robur argumentationis tuae, facile eludit. Quamquam vereor

C 2 ne

(a) Petr. part. 1. Son. 104.

ne ex arena funiculum is nectat, ad tuam igitur materialem cognitionem primum venio Critophile. An non ſolutiſſimis cachinnis me e Scholis Philoſophorum omnium exſibilandum diceres, ſi pronunciarem, ſpirituali ſubſtantiae ſpiritualem competere figuram, extenſionem, & diviſibilitatem? Ne itaque mihi ſubiraſcaris, quoties deridendas dixerim Peripateticas loquendi formulas, ſubſtantiae nimirum materiali, materialem competere poſſe perceptionem, & cogitationem. At vero dic, quaeſo, quam ob rationem brutorum cognitionem materialem vocitas? Si ſatis ego video, non altera certe de cauſſa materialem dicere potes, niſi aut quia a materiali profluit principio, aut quia ad objecta pertingit materialia duntaxat, aut quia entitas ipſa eſt materialis. Si primum aſſumpſeris, principium, ut in Scholis dicitur, appellabis, ſubſtantiam videlicet materialem cogitare poſſe, & percipere, quod nullus, niſi plane deſipiat, poterit admittere, aut niſi loqui velit contra ideas illas claras, & diſtinctas, quas poſſidet animus noſter, in quibus dilucide intelligimus, non minus corporali ſubſtantiae cognitionem, & perceptionem repugnare, ac repugnare intelligamus ſubſtantiae ſpiritali formalem extenſionem, diviſibilitatem, & figuram. Ut

Ut autem tibi magis perſuadeatur, cognitionem, perceptionemque, quaecunque ea ſit, a materiali principio dimanare non poſſe, ſcias affirmantem ſententiam Catholicum Philoſophum haud ſatis decere, utpote quae dat anſam Epicureis, & Spinoſae aſſeclis aſfirmandi, animum etiam noſtrum eſſe materialem. Fac me (quod avertat Deus) nefariae hujus ſectae Philoſophum; aggrediaris itaque naturalibus me rationibus convincere. Animum ego humanum profero, ſubſtantiam eſſe ab humano corpore non diſſimilem, tu diſſimilem contendis. Quomodo id probas? Ab effectibus, dicis, diſſimilibus. Qui ſunt, inquiro, effectus iſti diſſimiles? Cognitionem reponis, & loci occupationem. Admitto: Quid inde tamen conſequitur, hominis ne animum ſubſtantiam eſſe ab humano corpore diverſam, ſpiritalem nempe? Haud ſane, quanvis enim effectus ſint prorſus diſſimiles, cognitio, & loci occupatio eſſe nihilominus poſſunt unius ejuſdem ſubſtantiae affectiones, quum tam cognitio, quam loci occupatio ab una eademque materiali ſubſtantia poſſit derivari; eo pacto, quo licet eſſe Muſicum, & eſſe Philoſophum, proprietates ſint inter ſe diſſimiles, has nihilominus ab uno, eodemque homine repetere poſſumus. An non

ſentis, Critophile, mei hujuſce ſermonis pondus? Quo modo impium Epicureorum dogma confutabimus, ſi concedamus, corporalem etiam ſubſtantiam cogitare poſſe?

Crit. Materialem dico brutorum cognitionem, quia ad objecta pertingit tantummodo materialia, neque ad percipiendas ſubſtantias ullas ſpirituales poteſt aſſurgere.

Phil. Belle equidem. Si cognitio materialis efficitur ex materiali, ad quod dirigitur, ſubjecto, quotieſcunque humana etiam cognitio materialem aliquam entitatem reſpiciet, materialis dicenda erit, ſicque materialis erit cognitio illa, qua cognoſcimus arbores, flores, herbas, lapides, & reliquas creatas ſubſtantias corporales, quo mehercule abſurdius nihil, nihil ineptius cogitari poteſt. Age vero, progrediamur. Si brutorum cognitio ex objectis, quae reſpicit, materialibus, materialis efficitur, in ſe ipſa ergo materialis non eſt; ergo immaterialis, atque ideo principium poſtulat immateriale, a quo proveniat. Demum ab objectis materialibus fit ne beſtiarum cognitio materialis ab intrinſeco, ut Scholae vocibus utar, aut ſolum ab extrinſeco? Non ſane ab intrinſeco, quia praeterquamquod non illud aſſequi nos poſſumus, quînam cognitio ſuapte natura imma-

te-

terialis, ex ſola ad materiale objectum ordinatione, & reſpectu intime efficiatur materialis, conſequeretur etiam, fieri irrationalem intrinſece cognitionem noſtram ex irrationali, quod reſpiceret, ſubjecto, intrinſece infinitam, immenſam, & perfectiſſimam ex objecto, ad quod dirigeretur, immenſo, & perfectiſſimo. Fit igitur ſolum extrinſece materialis. At ſi res ita eſt, brutorum cognitio ſolum ab extrinſeco materialis erit. Qualis autem erit ab intrinſeco? Quum medium occurrat nullum, immaterialis pronuncianda erit.

Ariſt. Tua hac materiali cognitione nebulas hactenus diverberaſti Critophile mi. Qui tibi alius ſupereſt enſis, niſi ut dicas materialem eſſe brutorum cognitionem, quia entitas ipſa eſt ſuapte natura materialis.

Phil. Ante lupus ſibi junget ovem, quam patiar, actus quoslibet cognoſcendi, totidem eſſe entitates a cognoſcente facultate ſejunctas, quarum natura, inanibus occultae qualitatis latebris, abſcondi debeat; potiſſimum quum veriſimilior mihi ſemper viſa fuerit ſententia, nullum eſſe agentem intellectum, ſed quemlibet eſſe patientem; quare intellectus, quicunque ſit, cognoſcendo haud certe effectum profundit a ſe diſtinctum, ſed

novas tantum objectorum ideas recipit. Veruntamen iſta negligamus. Materiales iſtiuſmodi entitates ab immateriali ne proficiſcuntur principio, vel materiali? Non ab illo, ut clarum eſt: ab hoc itaque. Admittamus propterea neceſſe erit entitatem materialem eſſe poſſe, cogitantem, percipientem, cognoſcentem &c., quo dato, via prorſus occluditur convincendi Epicureos, animum noſtrum immaterialem eſſe pernegantes, ut nemo eſt, qui non videat.

Ariſt. Quid meditaris, Critophile, *obſtipo capite*, ut cum Perſeo loquar, *& defigens lumine terram?* Tibi ne via altera aperta eſt, per quam fugias?

Crit. Modo hanc, modo illam mecum tentabam; *ma forſe ſol di precipizj abbonda:* (a) At non ideo in Philadelphi partes tam facile me conceſſurum credas. Illa etenim cognitio, quae reflexiva non eſt, qualem beſtiarum cognitionem intelligimus, haud certe immateriale principium evincit.

Phil. *Quid arenae ſemina mandas?* Dic mihi, quid reflexivae cognitionis nomine intelligendum a me eſſe deſideras? Cognitionem fortaſſe, quae ratiocinationem aliquam prae-
ſe-

(a) Fag. part. 3.

ſeſerat, & per quam fiat, ut is, qui cognitione donatur, propter finem aliquem operetur? Verum ſi rem ita ſe habere cupis, reflexivam cognitionem beſtiis etiam largiri nos cogunt ea, quae ab iſtis fieri videmus in gratiam catulorum, & pullorum, ut iis nidulos parent, cibum quaerant, illos foveant, ac tueantur; induſtria, qua ſibi ad vitae conſervationem neceſſaria comparare ſtudent, utilia appetunt, fugiunt noxia; admiranda propemodum in capiendis muribus felium cautio, & dexteritas, arteſque illae tam ſagaces, quibus ad ſurripiendos cibos utuntur; atque alia conſimilia, quae ſane apertiſſime nobis perſuadent, beſtias ſubobſcuro ſaltem modo ratiocinari, & propter finem multoties operari. An nomine cognitionis reflexivae eam intelligis, qua fit, ut volunt Philoſophi tuarum partium, ut qui cognoſcit, cognoſcat ſe cognoſcere? Si id cupis, candide fateor, me neſcire, utrum animalibus brutis ejuſmodi cognitio conveniat. Ne credas tamen tutum tibi comparaſſe effugium. Do enim tibi, brutorum cognitionem non eſſe reflexivam, ſemper tamen vera eſt cognitio, ſiquidem eſſe reflexivam, vel non reflexivam, merae ſunt cognitionis differentiae, ſicuti quia latera habere aequalia, aut inaequalia, ſunt merae

trian-

triangulis figurae differentiae, ſive triangulum lateribus conſtet aequalibus, ſive inaequalibus, ſemper tamen eſt verum triangulum, figura ſcilicet conſtans tribus lateribus, totidemque angulis. Quum itaque ſatis, ut puto, a me declaratum fuerit, cognitionem, perceptionemque generatim conſideratam affectionem eſſe ſolius ſubſtantiae immaterialis propriam, idem ſemper erit conſectarium, in brutis immateriale aliquod principium adinveniri. Quemadmodum enim quia figura affectio eſt ſolius materialis ſubſtantiae propria, ſive ea tribus, ſive quatuor conſtet lateribus, a ſola repeti poteſt materiali ſubſtantia; ita quia cognitio affectio eſt ſubſtantiae immaterialis propria tantum, ſive ea ſit reflexiva, ſive non reflexiva, a ſola immateriali ſubſtantia poterit derivari.

Ceterum a te quaero, num putes non reflexivam brutorum animalium cognitionem affectionem eſſe immaterialem, aut materialem? Si primum, a materiali principio provenire non poterit, atque ideo in brutis principium immateriale admittas, neceſſe erit: ſi ſecundum, mitto in primis materialem entitatem eſſe non poſſe cogitantem & iterum ſciſcitor, materialis eſt ne mere, ut cognitio eſt, vel ſolum ut eſt non reflexiva? Non illud

lud profecto affirmabis; Hoc itaque. At ſi cognitionem non eſſe reflexivam, probat non eſſe immaterialem, nec immateriales dici poterunt hominum cognitiones, antequam naturalis luminis divinitus nobis conceſſi exercitium conſequamur; neque enim infantes ante rationis uſum cognoſcunt ſe cognoſcere, immateriales dici non poterunt inſanientium, aliorumque hominum perceptiones, quotieſcumque ſe cogitare non cognoſcunt. Nec ſuffragabitur, ſi dixeris, immateriales ſemper comprobari humanas perceptiones, quoniam, eſto ſint aliquando non reflexivae, eſſe tamen poſſunt hujuſmodi; hoc enim evinceret duntaxat, eas quandoque non eſſe immateriales, ſed fieri poſſe.

Ariſt. Quamcunque in partem vertas te, Critophile, *Siſiphio ſemper ſaxa labore geris*, diceret tibi Propertius. (a)

Phil. Quum autem mos ſit Ariſtotelicis novos Philoſophos criminari, propterea quod ex arbitrio, ut plurimum de rebus judicare ſoleant, neglecta vetuſtiorum auctoritate, placeat vobis idcirco duos ſanctiſſimos Eccleſiae Doctores in re propoſita differentes audire. Primus in medium veniat Sanctus

Ber-

(a) Proper. lib. 2. Eleg. 15.

Bernardus (a): *ſine omni intellectu nullatenus cogitari poteſt, & nulla omnino cogitatio ſine intellectu*. Sed intellectus ſoli competit immateriali ſubſtantiae. Ergo cogitatio, quaecunque ea ſit, ſoli competit ſubſtantiae immateriali. Proferat ſe modo Sanctus Thomas: *Intelligere non poteſt eſſe actus corporis, nec alicujus virtutis corporeae* (b). *Impoſſibile eſt ergo, quod una ſit materia corporalium, & ſpiritualium; Sed adhuc ulterius impoſſibile eſt, quod ſubſtantia intellectualis habeat qualemcunque materiam. Operatio enim cujuslibet rei eſt ſecundum modum ſubſtantiae ejus. Intelligere autem, operatio penitus immaterialis . . . . Sic enim intelligit unumquodque in quantum a materia abſtrahitur, Unde relinquitur, quod ſubſtantia intellectus eſt omnino immaterialis*, (c)

Crit. Niſi illud a mente tua excidiſſet, quod tibi olim reponebam, aliud nempe eſſe intellectionem a cogitatione (d), haud ſane hoc Angelici teſtimonium protuliſſes.

Phil. Ne putes doctrinam tuam a me tam facile excidiſſe, ejus bene recordor, quanquam non bene percipiam, quod unquam eſſe

(a) S. Bernar. Epiſt. ad Frat. de mon. Dei.
(b) S. Thom. 1. par. quaeſt. 50. art. 1.
(c) S. Thom. 1. par. quaeſt. 50. art. 2.
(d) Differ. con. an. Brut. Dial. 4.

eſſe poſſit iſtiuſmodi diſcrimen. Si hoc ipſo, quod cognitio non redit in ſe, ut tu diſſerebas, dici non poteſt intellectiva, nulla erit amplius, parvulorum intellectiva cognitio, nulla erit hominum intellectiva cognitio, quotieſcunque, non intelligunt, iſti ſe cognoſcere; atque ita homines multoties etiam adulti equo, & mulo comparandi erunt, quibus nullus eſt intellectus. Nec plura proſequor; ut enim ex Sancto Bernardo mox didiciſti, ſine intellectu, nulla omnino poteſt eſſe cogitatio.

Verum ne ullam amplius cavillandi occaſionem captes ex recitata a me nuper Sancti Thomae ſententia, audias iterum Angelicum Doctorem. Ut hic probet (a) Deum, ſummum obtinere cognitionis gradum, generalem praemittit hujuſmodi doctrinam: *Patet, quod immaterialitas alicujus rei eſt ratio, quod ſit cognoſcitiva, & ſecundum modum immaterialitatis eſt modus cognitionis:* inde concludit his conceptiſſimis verbis; *Unde, quum Deus ſit in ſummo gradu immaterialitatis, ſequitur quod ipſe ſit in ſummo cognitionis.* Porro ſi cognitio materiali etiam ſubſtantiae competere poſſet, quinam concluderet Angelici ratiocinium?

Hoc

(a) S. Thom. 1. par. quaeſt. 14. art. 1.

Hoc certe nec Ciceronem latuit, qui propterea (a) docuit: *His in naturis* (materialibus intelligas) *nihil ineſt quod vim memoriae, mentis, cogitationis habeat*. Quamobrem Vir ille omni genere eruditionis clariſſimus Comes Laurentius Magalottus ingenue confitetur, captu ſibi ita arduum videri, materiem percipere poſſe, cognoſcere, & cogitare, ut facilius admitteret, beſtias meras eſſe machinas artefactas, meraque Carteſianorum automata, quam ſubſtantias materiales cogitantes. (b)

Crit. In ſilvam ne ligna feras. Tibi jam plene acquieſcerem aut negandam eſſe brutis omnem cognitionem, aut hac illis conceſſa, concedendum eſſe etiam immateriale aliquod principium; ſed tot mihi occurrunt momenta, & quidem graviſſima, ut haerentem omnino me contineant,

(c) *Come huom, che per terren dubbio cavalca,*
Che va reſtando ad ogni paſſo, e guarda,
E'l penſier dell' andar molto diſalca.

Phil.

(a) Cic. lib. 1. quaeſt.
(b) Magal. Epiſt. famil. par. 1. Epiſt. 24.
(c) Petr. Trion. d'Am. c. 2.

Phil. Quae ſunt haec momenta, quae tantum tibi negotium faceſſunt? Proferas, ſi placet, & videamus num revera tanti facienda ſint.

Ariſt. Vereor ne ſi hodie proferantur, prolixior fiat, ac deceat, haec diſputatio. Erunt illa novae concertationis materies:

Nunc hilares coenemus, & omnis clamor abeſto.

Nulla

Nulla ex immateriali beſtiarum ſubſtantia, inepta proveniunt conſectaria.

DIALOGUS QUARTUS.

Critophilus, Ariſtippus, Philadelphus.

Crit. MIraberis fortaſſe, Ariſtippe mi, ad te hodie ante conſuetam horam me veniſſe; at ſcias, poſtremam diſputationem tantam in animo meo ſolicitudinem excitaſſe, ut ſive ego dormiam, brutorum cognitio menti exhibeatur; ſive vigilem, ea mihi indeſinenter obverſetur; ſive ambulem, ſtatim obveniat; ſive cum Amicis loquar, me rapiat.

(a) *Se io parlo, ſcrivo, penſo, vado, o ſeggio,*
M'è ſempre innanzi.

Tum vero vividior ea mihi nuperrime ſe obtulit, quum perdices bene aſſas, ſuaviterque conditas, quas nudius tertius ab Amico dono acceperam, alias inter dapes appoſitas vidi.

(a) Rim. di Piet. Bem.

di. Credas, me ex illis comediſſe, quin illud, quod edebam, prorſus animadverterem, niſi quod Convivae & ſummam iſtarum perfectionem, & gratiſſimm condimenti ſaporem multum laudabant. Cogitabam ego interea, bruta animalia cognoſcere, cogitabam, iſtorum ſubſtantiam a me corpoream praedicari: atque hinc intelligebam aut negandam a me eſſe brutis omnem cognitionem, aut admitti debere immateriales animos iſtorum. In partem hanc ultimam, ut verum fatear, validius impellor, ſed quum recogito inepta conſectaria, quae ex immateriali beſtiarum ſubſtantia neceſſario proveniunt, ferme, ac in ingentes ſcopulos impingerer, cogor reſilire:

(a) *Nè alcuna via d' uſcir trovo ſicura.*

Ariſt. Angeris nimium, Critophile, ſed tibi *licet triſtes animo deponere curas*. (b) Spero enim futurum eſſe, ut ex nova concertatione pacem tibi aliquam ſis comparaturus. Utinam Philadelphus etiam citius adeſſet, ut hanc tibi praenunciaret.

Crit. Faxint Superi, ut id obtineam. Voveo me clariſſimum Pitagorae exemplum

D reli-

(a) Arioſ. Can. 20. ſtan. 72.
(b) Virgil. Georg. 4.

religioſe imitaturum, qui quum mathematicas quaſdam demonſtrationes penitus inauditas exploraſſet, ſingulare illud Sacrificium, quod *Hecatomben* Graeci vocant, in grati animi monumentum Numinibus ſuis immolavit.

Phil. Domum ego tuam adiveram, Critophile, ut te viae comitem haberem ad Ariſtippum noſtrum, ſed quum a famula tua, quam perdiceas plumulas e limine culinae verrentem comperi, intellexerim te paullo ante domo egreſſum fuiſſe, velociori paſſu continuo ad vos me contuli. Tibi gratulor propterea, Critophile, quod lectiſſimo obſonio paſtus ſis.

Crit. Quam fuerint illae ori ſuaves, aut inſuaves, neſcio; credas tamen fuiſſe animo injucundiſſimas, utpote quae ideam ſubſtantiae materialis cogitantis, mihi nimium moleſtam vividius excitarunt.

Phil. Si tibi moleſta eſt idea ſubſtantiae materialis cogitantis, concipias animam brutorum eſſe immaterialem, atque ita, *Ogni gravezza dal tuo petto ſgombra*, (a), eſſe etenim immaterialem, non ſolae probant ſentiendi, cognoſcendi, volendique facultates, quas materiali ſubſtantiae convenire non poſſe,

(a) Petrar. par. Canz. 9.

ſe, optime intelligimus, quaſque in brutis fere omnibus apertiſſime videmus; ſed illud praeterea momentum, quod ex noſtro erga beſtias amore derivat Comes Laurentius Magalottus (a): Quare enim tenere adeo beſtias amamus? Amamus ne annulum aureum gemmis exornatum? Licet plurimi faciamus, haud certe diligimus. Quî fit igitur, ut amorem noſtrum ſibi beſtiae concilient, niſi quia perſuaſum nobis eſt, amoris ſigna, & teſtimonia reddere beſtias nobis poſſe? Amantem itaque animam beſtiis concedamus oportet, ſi vera ſunt, quae is cecinit eleganter:

(b) *L'anima perchè ſola è riamante,*
Sola è degna d'amor, degna d'amante.

Anima porro ejus conditionis, quae amare poſſit, dicenda ne erit ſubſtantia materialis?

Ariſt. Crederem, Critophilum ab hoc non multum alienum eſſe, ſed timet neceſſarias quaſdam conſecutiones, quas ipſe pati neſcit.

Phil. Caveas, Critophile, ne Aſini umbram timeas. Placeat tibi conſecutiones

 iſtas,

(a) Com. Lauren. Magal. Epiſt. tom. 2. Epiſt. 11.
(b) Guar. P. F. A 2.

iſtas, quae animum tuum a meo adeò avertunt, indicare:

Crit. (a) *Quante coſe raccoglie nell' ingegno,*
Per dirti l' alma mia, ſe mai le porge
Sorte il tempo, che baſti al ſuo diſegno.

Primum vereor, ne ſi immaterialem dixero animam brutorum, hominem compararare cogar jumentis inſipientibus, & ſimilem his facere. Demus, beſtiarum animam ita eſſe immaterialem, ut cognoſcat, percipiat, & ſubobſcuro quodam modo circa res corporeas diſſerat, quid ulterius deſiderabitur, ne rationalem pronunciemus? Movent me nimium, Philadelphe, movent me nimium Firmiani Lactantii verba (b): *Quum ſaepe Philoſophi per ignorantiam veritatis a ratione deſciverint, atque in errores inciderint inextricabiles: [id enim ſolet his evenire, quod viatori viam neſcienti, & non fatenti ſe ignorare, ut vagetur, dum percunctari obvios erubeſcit.] Illud tamen nullus Philoſophus aſſeruit unquam, nihil inter hominem, & pecudem intereſſe: nec omnino quiſquam modo, qui ſe ſapiens videri vellet, rationale animal cum mutis, & irratio-*

(a) Rol. Eleg. 5. lib. 3.
(b) Lactan. Firm. init. cep. 7. de ira Dei.

nabilibus coaequaverit, quod faciunt imperiti, atque ipſis pecudibus ſimiles.

Phil. Certum eſt, ſubſtantias omnes materiales in communi ſubſtantiae materialis conceptu, entitatis ſcilicet extenſae, ſolidae, diviſibilis &c., affines eſſe totumque diſcrimen in iſtas provenire a variis illis formis peculiaribus, quaecumque ſint, a quibus propriam ſpeciem nanciſcuntur; ideoque non minus certum eſſe debet ſubſtantias omnes immateriales in communi ſubſtantiae immaterialis notione convenire debere, entitatis ſcilicet cognoſcendi, percipiendi, ac volendi facultatibus donatae, totumque has inter diſcrimen a diverſis illis formis derivandum, quibus nulla iſtarum deſtituitur. Formae autem, quibus immaterialis una ſubſtantia ab altera ſecernitur, non aliunde repetendae ſunt, quam a perfectioribus, aut imperfectioribus cognoſcendi, percipiendi, & volendi facultatibus quae uni, aut alteri ſubſtantiae connaturaliter competunt. Hinc quum praeſtantior ſit in Angelis cognoſcendi facultas, ac ſit in humanis mentibus, ait ſiquidem D. Thomas (a): *Angeli in cognoſcendo ſunt potentiores, quam homines*, paullo minus idcirco

 di-

(a) S. Thom. 1. par. quaeſt. 50. art. 4.

dicitur Deum ab Angelis homines minuiſſe, quorum anima propterea licet ſit ſubſtantia aeque immaterialis, ſpecie nihilominus diſtinguitur ab angelorum ſubſtantia. Ut vero omnis, ſi qua ſuboriri poſſet in hac re, dubitatio praecludatur, eundem Angelicum Doctorem conſulamus, qui ſpecificum Angelorum diſcrimen, ex hoc unico fonte derivat, quod diverſi ſunt in Angelis gradus naturae intellectivae: *Differunt*, inquit, (a) *ſpecie animalia irrationalia, ſecundum diverſos gradus determinatos naturae ſenſitivae, & ſimiliter omnes Angeli differunt ſpecie, ſecundum diverſos gradus naturae intellectivae;* eodemque articulo haec iterum ſcribit: *Magis, & minus, ſecundum quod cauſſantur a formis diverſorum graduum, diverſificant ſpeciem, & hoc modo Angeli diverſificantur, ſecundum magis, & minus* (b). Quemadmodum igitur, quia Deus paullo minus facultatem humanae mentis perceptivam minuit a facultate perceptiva Angelorum, immaterialis humanae mentis ſubſtantia ſpecie differt ab immateriali ſubſtantia Angelorum; rurſus quemadmodum per Sanctum Thomam, quia paullo minus intellectivam unius Angeli facultatem minuit Deus

a

(a) S. Thom. ibidem.
(b) S. Thom. ibid. in reſponſ. ad 2.

a facultate intellectiva alterius, conſequitur, unum Angelum ſpecie differre ab altero: ita ſi ponamus Deum paullo minus cognoſcendi facultatem minuiſſe in brutis a facultate cognoſcendi, quae hominibus conceſſa eſt, merito affirmare poterimus, animam brutorum, quanvis immaterialem, ſpecie diſſimilem eſſe ab anima hominum. Quid porro impedire Deum potuit, ne ſicuti varias condidit materialium ſubſtantiarum ſpecies, ſecundum perfectiores, aut imperfectiores formas corporales, alias aliis nobiliores, aut ignobiliores, ita varias protulerit ſpecies ſubſtantiarum immaterialium, ſecundum perfectiores, aut imperfectiores facultates ſpirituales, alias aliis excellentiores, aut deteriores? Nullum itaque periculum eſt illius diſcriminis, quod beſtias inter, & homines ſervare debemus.

Venio nunc ad illud, quod addebas, fieri nempe conſectarium brutorum etiam animalium animam dici poſſe rationalem, cui ut ſatisfaciam melius, placet Sanctorum Auguſtini, & Bernardi doctrinam praemittere: *Hominem*, ſcribit ille; (Si tamen genuinus eſt Auguſtini foetus liber iſte, quod non me latet viros eruditos bene multos ſuſpicari: quanquam vero etſi Auguſtini non eſſet, non propterea omnino deſpiciendum putarem hoc

teſtimonium, quod Bernardi ſuffragio auctoritatem certe aliquam ſibi conciliat:) (a) *Ex anima, & corpore conſtare, nulli eſt dubium, itaut anima ſit vis quaedam, qua corpus vivificatur, & ſint duo ita ut alterum ſit praeſtantius, illud dominetur, hoc ſerviat. Sed rurſus in eadem anima duo quaedam videntur; unum, quod amans divina intelligit, & participat rationi, ac dicatur rationale; aliud, quod ſenſibus fruens, belluis etiam communicat, ac ſit irrationale.* Non diſſimilia ſunt, quae habet Sanctus Bernardus (b): *Alius eſt intellectus ex vi naturalis rationis, alius ex virtute mentis rationalis, Intellectus quidem idem ipſe eſt, qui quocunque ſive in bonum, ſive in malum applicatus fuerit, naturaliter viget; ſed alius invenitur ſibi relictus, alius a gratia illuminatus. Ille ſaeculi rebus ſe non negat; hic autem nonniſi dignis ſe rebus, & ſimilibus ſibi, ſeipſum accommodat.* Duas ergo veluti naturales facultates in eodem hominis intellectu, duos quaſi intellectus in humana mente concipere debemus, alium, qui ſibi relictus ex vi rationis naturalis corporalibus duntaxat, ac ſenſibilibus rebus occupatur, alterum, qui gratia illuminatus ex virtute mentis

(a) S. Auguſt. lib. 21. Sent. cap. 6.
(b) S. Bernard. Epiſt. ad Frat. de Mon. Dei.

tis rationalis divina intelligit, & diligit. Jam vero vel rationis nomine naturale illud lumen intelligimus, quod humanis mentibus ad res corporeas, ac ſenſibiles cognoſcendas, & circa eaſdem differendum inſervit, & in hoc admittimus homines cum belluis, ut loquitur S. Auguſt. commúnicare, vel peculiarem illam colluſtrationem accipimus, quam Deus ſuper omnes homines ſignavit, cujus beneficio homo quilibet hunc in mundum veniens illuminatus, ad Deum divinaſque res, tum etiam probitatis regulas dignoſcendas adjuvatur, in qua colluſtratione per eundem Sanctum Auguſtinum, proprius collocari debet rationis conceptus; atque ita aſſeveramus, bruta animalia rationis prorſus eſſe expertia, utpote, quae ſenſibilibus rebus tantum fruuntur. *Hominem inter, & belluam*, ajebat propterea etiam Cicero, (a) *hoc maxime intereſt, quod haec tantum, quantum ſenſu movetur ad id ſolum, quod adeſt, quodque praeſens eſt, ſe accommodat: homo autem, qui, quoniam rationis eſt particeps, conſequentia cernit, principia, & cauſſas rerum videt* &c., *eademque natura vi rationis, hominem conciliat homini, & ad orationem & vitae, ſo-*

(a) Cic. lib. 1. de Off. cap. 4.

ſocietatem. Hoc ſenſu nec erroris inſimulare Lockium poſſumus, quum ita philoſophatus eſt: (a) *Si beſtiae ideas habent aliquas, & merae non ſunt machinae, ut aliqui volunt, negare neſciemus, eaſdem ratione etiam aliqua ad certos limites donari. Et quidem id mihi ita eſt evidens, bruta ratiocinari, ac evidens mihi eſt eadem ſentire; quanquam vero non ratiocinentur niſi ſuper ideas particulares, quae ipſis per corporeos ſenſus exhibentur.*

Crit. *Reti ventos venaris*, ut apud Graecos, obtinebat. Admittamus, beſtias aliquo modo rationales eſſe; non ne & ipſae dici poterunt imagines, & ſimilitudines Dei cujuſmodi ſunt homines?

Phil. Inepte argumentaretur, qui id diceret; Dei ſiquidem imagines, & ſimilitudines ſunt humanae mentes, non conſiderata ratione ſecundum ampliorem hujus vocabuli ſignificationem, ut ſcilicet rationis nomen ſe extendit ad illam etiam facultatem, qua res corporales, & ſenſibiles attingimus, & de his diſſerimus; ſed conſiderata ratione pro lumine illo vultus divini ſuper nos divinitus ſignato, cujus beneficio in cognitionem Supremi rerum omnium Moderatoris per-

(a) Lock Eſſ. philoſ. concer. l'entend. hum. lib. 2. cap. 11. §. 11.

perducimur, ad bonum a malo ſecernendum adjuvamur, atque ad pie, honeſteque vivendum, ut frequens eſt SS. Patrum doctrina: *In quo factus eſt*, inquit S. Auguſtinus, (a) *homo ad imaginem Dei? In intellectu, in mente, in interiore homine, in eo, quod intelligit veritatem, dijudicat juſtitiam, & injuſtitiam, novit a quo factus eſt, poteſt intelligere Creatorem ſuum, laudare Creatorem ſuum; ideo multi, quum per cupiditates malas deleverunt in ſe imaginem Dei, & ipſam quodammodò flammam intelligentiae perverſitate morum extinguerent, clamat illis Scriptura: Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus. Hominem ad imaginem Dei* (b), habet Clemens Alexandrinus, *eſſe factum non propter ſtructurae ſuae figuram; ſed quoniam uti Deus ratione molitur omnia, ſic homo, qui perfecta cognitione praeditus eſt, ex rationali facultate bonas, & honeſtas actiones exequitur*. Plura autem hac in re non proſequor; puto enim, te eorum minime oblitum, quae ſubdit Lactantius eodem illo capite, cujus tu initium nuper recitabas: *Quis tam indoctus, ut neſciat? Quis tam imprudens, ut non ſentiat, aliquid i-*

neſ-

(a) Auguſt. tract. 8. in. 1. Epiſt. Joan.
(b) Clemens Alexand. lib. 6. Strom.

veſſe in homine divini? Nondum venio ad virtutes animi, & ingenii, quibus homini cum Deo manifeſta cognatio eſt. Non ne ipſius corporis ſtatus, & oris figura declarat, non eſſe nos cum mutis pecudibus aequales? Illarum natura in humum, pabulumque proſtrata eſt, nec habet quidquam commune cum coelo, quod non intuetur. Homo autem recto ſtatu, ore ſublimi ad contemplationem mundi excitatus, confert cum Deo vultum, & rationem ratio, cognoſcit. Propterea nullum eſt animal (ut ait Cicero) *praeter hominem, quod habeat aliquam notitiam Dei. Solus enim ſapientiâ inſtructus eſt, ut religionem ſolus intelligat, & haec eſt hominis, atque brutorum vel praecipua, vel ſola diſtantia.* Alios idcirco fere ſexcentos mitto Eccleſiaſticos Scriptores, ex quorum doctrina ſatis aperte comparare poſſumus, non ea ratione bruta animalia appellari poſſe Dei imagines, & ſimilitudines, qua ſimilitudines, & imagines Dei homines praedicamus.

At meam nunc in mentem venit divinae ſimilitudinis ratio, quam ex contextu divini eloquii haurire ſtuduit vir clariſſimus Auguſtinus Torniellus, nec futuram vobis injucundam exiſtimo (a): *Poſt illa verba, faciamus ho-*

(a) Torniell. Annal. Sac. 1. mun. aetat. die 6. n. 7.

hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, continuo ſubjungitur, & praeſit piſcibus, & volatilibus coeli, & beſtiis, univerſaeque terrae. Ex quibus verbis videtur indicari, in hoc potiſſimum eſſe accipiendam hanc imaginem, & ſimilitudinem Dei, quod quemadmodum ipſe Deus *vere finis eſt omnium, univerſa nanque propter ſe ipſum operatus eſt Dominus; ita homo eſt quodammodo finis cunctarum rerum, ſaltem ſenſibilium, ut infra fuſius num.* 30. *demonſtrabimus.*

Ariſt. Parcas mihi, Critophile, ſi forte tibi ſum inopportunus. Illud ego aſſequi ſatis non poſſum, qua ratione, ſi brutorum anima immaterialis eſt, Creatorem ſuum nequeat cognoſcere, quum proprium eſſe debeat ſubſtantiae cujuslibet immaterialis, objecta percipere immaterialia.

Crit. Non ſolum facilem tibi do veniam immo gratias ago, quam maximas, quoniam novae, quam promovere meditabar, difficultatis laborem pro me ſuſcipere voluiſti.

Phil. Poteras tu, Critophile, poterat Ariſtippus vacuo huic labori parcere. Ac primo, non adeo certum eſt, & inconcuſſum quod opinamini, proprium eſſe immaterialis cujuslibet ſubſtantiae objecta percipere immate-

te-

terialia, quum non una ſit, & eadem immaterialium omnium ſubſtantiarum conditio. Placuit enim illi:

(a) *Che infinita providentia, ed arte.*
Moſtrò nel ſuo mirabil magiſtero.

Subſtantias aliquas immateriales ad objecta immaterialia ordinare, hiſque facultatem percept vam ejuſmodi conceſſit, qua poſſent objecta etiam immaterialia attingere; alias vero ordinare ad res ſolum materiales, atque ideo talem iſtis duntaxat largitus eſt cognoſcendi facultatem, qua res materiales tantum, & corporeas poſſent percipere. Quare quum hujuſmodi ſit brutorum animalium naturalis ordinatio, mirum haud eſſe debet, non poſſe iſta ad Dei cognitionem pervenire.

Ariſt. Quid ſubrides Critophile? Quam tibi ridendi cauſſam Philadelphus ſuppeditavit.

Crit. Ridere de hoſtibus riſus eſt ſuaviſſimus. Quid rideo? Non ne ridenda eſt nova penitus, & arbitraria Philadelphi reſponſio? Quis unquam immaterialem ſubſtantiam ad res duntaxat materiales ordinatam audivit?

Phil.

(a) Petrar. part. 1. Son. 4.

Phil. Arbitrariam, quaeſo, ne dixeris doctrinam a me propoſitam, quam apud ſanctiſſimos, ac doctiſſimos Eccleſiae Patres comparavi. *Irrationalis nempe ſpiritus* (verba ſunt Sancti Bernardi), *etſi corporalia per corpus & ipſe hauriat, corpore tamen ſuo non adjuvatur ob innatam ſtoliditatem ad ſpiritualia, & intelligibilia capeſſenda; quae beatam ſpiritalem faciunt creaturam* (a). Vide quem derideas, quum me deridendum judicas?

At ne incuſare me poſſis aliquando, quod, deſpectis naturalibus rationibus, in ſola ego auctoritate praeſidium quaeram, patiaris me tibi paullo fuſioribus verbis ob oculos ponere, quam inopportunum ſit, & inefficax, ne dicam ſophiſticum iſtud, quo tu uteris, argumentandi genus. An non fallacia tranſitus a genere ad ſpeciem peccare me affirmares, ſi tibi ita argumentarer? Subſtantiae materiali generatim conſideratae quaelibet extenſionis, ſoliditatis, gravitatis &c. modificatio poteſt competere; ergo cuilibet ſubſtantiae materiali, etiam ſecundum ſpecificum diſcrimen acceptae, convenire poteſt modus quilibet extenſionis, figurae, motus, gravitatis &c., atque eapropter modi, qui aquae competunt, ex.

(a) S. Bernard. 5. in Cant.

ex. gr., lapidi non repugnant, ii, qui proprii ſunt ignis, proprii etiam eſſe poſſunt nivis &c. Scias autem, haud profecto diſſimilem eſſe differendi methodum a te uſurpatam; Quum proprium aſſeveras immaterialis cujuſlibet ſubſtantiae res immateriales percipere, aut ſubſtantiam immaterialem intelligis jam in varias ſpecies diſtributam, aut generalem immaterialis ſubſtantiae conceptum? Non primum, ſecus id aſſumeres, de quo diſputamus; ſecundum ergo: ſed inde haec argumentandi ratio proficiſcitur priori conſimilis. Subſtantiae immateriali generatim conſideratae quaelibet competit cognitionis facultas, qua non corporeas duntaxat; ſed res etiam incorporeas attingat. Ergo ſubſtantiae cuilibet immateriali, etiam ſecundum ſpecificum diſcrimen acceptae, quaelibet competit cognitionis facultas, qua non corporeas duntaxat, ſed res etiam incorporeas percipiat.

Ita etiam Dominus Bayle argumentabatur, & tamquam inconcuſſum principium aſſumebat. Quod capax eſt cogitationis generatim conſideratae, capax eſt cujuslibet; ſed beſtiae cogitationis generatim conſideratae, ſunt capaces; ergo capaces ſunt cujuſlibet. Verum quid ſophiſticae hujus generis ratiocinationi repoſuerit vir acutiſſimus Boulle-

lerius (a), audiamus. Si recta eſſet argumentatio Bayle, recta etiam eſſe deberet haec altera. Ens generatim acceptum, capax eſt extenſionis, vitae, ſenſus, motus, voluntatis, quoniam haec omnia quaedam ſunt entis modificationes; ſed arbor, ex. gr., aut lapis conveniunt in communi entis notione: ergo arbor, aut lapis capax erit motus, vitae, ſenſus, voluntatis. Quid hoc conſectario abſurdius cogitari poterit? Quis unquam Philoſophus dixerit, ut id, quod generis eſt particeps, cujuſcunque etiam modificationis particeps eſſe debeat, per quam generis conceptus in varias ſpecies diſtribuitur? Tum ſubdit clariſſimus Scriptor. Si hoc ipſo, quod immaterialis ſubſtantia capax eſt cogitationis, & perceptionis, conſequitur, cogitationis, & perceptionis cujuslibet eſſe capacem, nulla amplius eſſe poterit ſubſtantia immaterialis finita, & creata. Enimvero ſubſtantia immaterialis finita, & creata in communi ſubſtantiae cogitantis, & percipientis conceptu, debet convenire cum ſubſtantia immateriali infinita, & increata. Quotieſcunque igitur verum ſit, immaterialem ſubſtantiam hoc ipſo, quod cogitationis alicujus capax eſt, cujuslibet

(a) Boull. eſs. philoſoph. ſur l'am. des bêt. par. 2. cap. 4.

bet probari capacem, nulla erit cognitio Dei propria, quae propria etiam non ſit immaterialis cujuſcunque ſubſtantiae finitae, & creatae; atque ideo, quum Deo competat cognitio, & perceptio infinita, haec conveniet etiam immateriali cuilibet ſubſtantiae, quo fiet, ſubſtantiam quanlibet immaterialem infinitam eſſe debere; neque enim finita eſſe poterit ſubſtantia illa, cui competit infinita perceptio. Hinc concludit: Quemadmodum id, quod ſubſtantiam immaterialem finitam a ſubſtantia immateriali infinita diſtinguit, ſunt limites facultatis cognoſcentis: ita quod ſubſtantiam immaterialem beſtiarum ab humanae mentis ſubſtantia ſecernit, ſunt limites, quibus beſtiarum cogitandi facultas ad ſolas res ſenſibiles corporeas coarctatur; atque hoc ſenſu, brutorum anima materialis etiam dici poterit per extrinſecam denominationem.

Ariſt. Multa es locutus, quae ſingularem mentis tuae aciem haud obſcure nobis aperiunt: at ſi vetus licet uſurpare proloquium, longus hic tuus funis nihil attraxit. Quaero enim abs te, quare nequeat anima belluarum, ſi immaterialis eſt, objecta immaterialia pertingere? An non ordinis ſunt ejuſdem potentia immaterialis, & objecta immaterialia?

Phil.

Phil. Primum ego etiam abs te quaero. Si hoc ipſo, quod ſubſtantia immaterialis eſt, immaterialia debet percipere objecta, quî fit, ut Dei cognitione per totum illud tempus, quod rationis uſum praecedit, parvulorum mentes deſtituantur? Ad liberum fortaſſe Dei placitum confugies; ſed eadem Dei voluntas illa erit, quae pro cauſſa ejus, quod poſtulaſti, tibi a me indicabitur, divinae ſiquidem Sapientiae placuit, ad ſecernendam ab humanis mentibus animam beſtiarum, hanc arctis adeo limitibus concludere, ut immaterialium objectorum cognitionem nequeat obtinere.

Quamquam illud inter parvulorum mentes, & brutorum animas diſcrimen intercedit, quod illae ſuapte natura Deum, & cetera objecta immaterialia cognoſcere poſſunt, impedimento ſemoto; hae vero nunquam, immutata earum eſſentia, ſeu natura, in altiorem aſſurgere cognitionem poſſunt ea, quam Dei voluntas, ſeu ordinatio, quae rerum ex Auguſtino circumſcribit eſſentias, ipſis conſtituit.

Ad pleniorem nihilominus hujus momenti ſolutionem, me tecum habeas liberaliorem. Dabo, ſi cupis, immaterialem quanlibet ſubſtantiam, connaturalem ſibi vindicare immaterialium objectorum cognitionem; po-

terit ne propterea quaelibet naturali ſua facultate ad Dei cognitionem pervenire? Conſecutionem ii omnes negabant Philoſophi, qui rationibus invictiſſimis, tam e naturalibus principiis derivatis, quam ex SS. Patribus comparatis, optimi entis notitiam nobis a natura inſitam eſſe, ut loquitur S. Joannes Damaſcenus, (a) pro virili tuentur; hoc eſt, non aliunde obtineri poſſe propugnant, quam ex idea illa, quam liberali munificentia ingenitam humanis mentibus Deus ipſe elargitur.

Crit. Memini, te immateriali brutorum animae, praeter cogitandi facultatem, conceſſiſſe etiam facultatem volendi. Fac rem ita ſe habere, nec arbitrii libertas beſtiis neganda erit; ex quo novum abſurdum conſequetur, beſtias nempe mereri poſſe, aut demereri.

Phil. Quam ego brutis animalibus conceſſerim voluntatem, ex verbis S. Auguſtini facile intelliges, cujus ego ſanctiſſimis aeque, ac ſapientiſſimis inſtitutionibus ſemper acquieſco. *Cauſſae voluntariae*, ait hic, (b) *aut Dei ſunt, aut Angelorum, aut hominum, aut quorumcunque animalium: ſi tamen appel-*

lan-

(a) S. Joann. Damaſc. lib. Fid. orthod. 1. cap. 1., & 3.

(b) S. Auguſt. lib. de Civit. Dei, 5. cap. 9.

landae ſunt voluntates animalium rationis expertium motus illi, quibus aliqua faciunt ſecundum naturam ſuam, quum quid boni, malique vel appetunt, vel evitant. Aliqua igitur gaudent belluae volendi facultate; at vero quum iſtae, utpote quae ad res ſolummodo corporales, ſenſibileſque divinitus ordinatae ſunt, fere ſemper ſecundum illam naturalem propenſionem operentur, quae in ipſarum anima ab objectis ſenſibilibus per corporales ſenſus admiſſis excitatur, idcirco earundem voluntas vix vix voluntatis nomen promeretur, quotieſcunque cum libera humanarum mentium voluntate conferatur. Hac de re nec mereri, aut demereri poſſunt animalia bruta. Nam primo ad merendum, aut demerendum, plena, ac perfecta requiritur arbitrii libertas, cujuſmodi nulla eſt in beſtiarum voluntate: ſecundo, quia licet ad meritum, aut demeritum plena, & perfecta arbitrii libertas neceſſaria ſit; haec tamen non ſufficit, quoties lumen illud deſit, cujus beneficio in Dei, divinarumque rerum, nec non mandatorum quorumcunque cognitionem pervenimus, atque ad honeſtatis leges cognoſcendas adjuvamur. Hujus etenim luminis defectu, ſive, ut caſtigatius loquar, defectu exercitii hujuſce luminis, quanvis libertate

 gau-

gaudeant perfecta infantium voluntates, iſtorum anima nihilominus nec mereri, nec demereri poteſt. Quum itaque brutorum animae, etſi immateriales, indicato tamen lumine deſtitutae, ignorent prorſus ſupremum Deum, iſtius leges, ac regulas probitatis; idcirco, quamquam libertate aliqua, ſeu potius libertatis umbra perfruantur, mereri nihilominus, aut demereri minime poſſunt.

Crit. Non admirari certe non poſſum, Philadelphe, tuam in fugiendis periculoſis adeo ſcopulis dexteritatem. Veruntamen unus tibi adhuc evitandus ſupereſt. Si immaterialis brutorum anima Deum non cognoſcit, non meretur, morum leges non aſſequitur, ad quid brutis conceditur? Ad aliud haec non inſerviet, quam ad corporales functiones exercendas. At cogitari ne poterit quidpiam incongruum magis, & inordinatum, quam ut nobilior ſubſtantia, cujuſmodi eſt ſubſtantia immaterialis, deſervire debeat ignobiliori, cujuſmodi eſt ſubſtantia materialis?

Phil. Cur haec tanta facimus, quum cetera perparva ſint, reponam tibi in praeſentia, quod olim reponebat Attico Marcus Tullius, (a), ſentire bruta non diffiteris, pro-

(a) Cic. de legib. lib. 2.

propriam eſſe ſolius immaterialis ſubſtantiae ſentiendi facultatem vidiſti, & modo inquiris, ad quid in brutis inſerviat immaterialis ipſorum anima? Cognoſcere beſtias admittis; unamque immaterialem ſubſtantiam cognoſcendi facultate donatam eſſe, non inficiaris; & modo ſciſcitaris, ad quid in brutis inſerviat immaterialis ſubſtantia? Velle bruta, amare, & ſubobſcuro quodam modo de rebus ſenſibilibus ratiocinari haud negas, haecque omnia functiones eſſe ſoli immateriali ſubſtantiae convenientes intelligis; & modo quaeris, quid in mutis animalibus praeſtet anima immaterialis? Haec tamen ita curſim delibaviſſe ſufficiat. Quaeris, quod ſit immaterialis animae in brutorum corporibus exercitium? Facile tibi aſſentior, hanc ad aliud non deſervire, quam ad corporales beſtiarum motus excitandos, qui repeti a materiali ſubſtantia, ſuapte natura inertiſſima, nullo modo poſſunt. Quam hinc inordinationem arguis? ne ne loqui illum admitteres, qui Aurigam famulari equis aſſeveraret, quum iſtis ille cibum praebet, & potum, lectum parat, eoſdem pectit, & lavat? Haud ſane; omnibus enim compertum eſt ſanae mentis hominibus, Aurigam equis ea omnia impendere, ut Domino ſuo

 exa-

exacte famuletur, ad cujus uſum, & commodum equi deſerviunt. At vero, quem hominem unquam latuit, beſtias omnes ita à natura eſſe comparatas, ut nobiliori ſpiritui, humano nimirum inſerviant, cujus ſubveniendis neceſſitatibus tam diverſas brutorum animalium ſpecies, Deus Optimus Maximus conformavit, ut uno ore clamant SS. Patres, ex quorum mente haec ſcribit vir eruditus Benedictus Pererius (a); *cunctas enim animantes adducere ad Adam, quid aliud fuit quam ſignificare, eum Principem, & Dominum eſſe animalium, illius eſſe dominari & imperare animantibus, illorum vero ſubjici, & ſervire homini, ejuſdemque juſſa capeſſere?* In quo ſane tantum abeſt, ut aliqua appareat inordinatio, quin clamare potius & nos compellimur.

O ſomma ſapientia, quanta è l'arte,
Che moſtri in cielo, in terra, e nel mal mondo,
E quanto giuſto tua virtù comparte! (b)

Utpote quae non ſubſtantias tantum materiales; ſed immateriales etiam condiderit,

alia

(a) Peret. lib. 4. in Geneſ.
(b) Dan. Inf. c. 19.

alias aliis ignobiliores, ut una alteri deſerviat, & ſit proficua [illegible]

Quanquam, etſi momentum iſtud negligerem, nulla adhuc eſſet inordinatio. Quum etenim ſatis a me declaratum fuerit, (a) ſolam eſſe immaterialem ſubſtantiam, quae ex corporalibus impreſſionibus gaudium percipit aut dolorem; ſibi propterea conſulunt brutorum animae, dum corporeos motus exercent. Praeterea quum ex Sancto Bernardo, (b) ſpiritus beſtiarum tranſeat, & cum corpore deficiat, *vivificare ſiquidem deſinit, & vivere ſpiritus, quando moritur pecus.* (c) *Quum brutus utique ſpiritus non vivat, niſi quamdiu vivificat, & uno, eodemque momento & vivificare pariter deſinat, & vivere;* conſectarium ſit, ut tum etiam brutorum anima ſui ipſius ſtudeat conſervationi, quum manducando, bibendo, ceteraſque corporis functiones exercendo, conſervando corpori occupatur, quoniam iſtius conſervatio neceſſariam habet, ob ſancitam Dei providentiam, cum conſervatione illius connexionem; tandiu enim ſunt, & vivunt bru- [illegible] to-

(a) Dial. 2.
(b) S. Bern. Ser. 5. in Cant.
(c) S. Bern. Epiſt. 104. ad Magiſt. Gualt.

torum animae, quandiu corpora, in quibus includuntur, conſervantur.

Crit. (a) *A guiſa d' uom, che in dubbio ſi raccerta,*
E che muta in conforto ſua paura,
Poichè la verità gli è diſcoverta;

Ita bonos mihi animos feciſti. Age itaque, ſuffragium tibi aliquod nanciſcaris in divinis litteris, ſanctiſque Eccleſiae Patribus, tibique polliceor, quod ſi momenta ab his derivata momentis congruent a naturalibus principiis comparatis, futurum erit ut ſententiam tuam non amplius audeam improbare.

Ariſt. Precor vos, Domini mei, ne hodiernam concertationem longius protrahatis. Prolixa ſatis haec fuit: quanquam non piget me huic interfuiſſe, ex qua Critophilum video non parum conſecutum eſſe; ex hilari enim vultu timorem illum omnem, & omnem ſolicitudinem, a qua pauculis ab hinc horis acerbe vexabatur, ille mihi videtur penitus nunc amandaſſe. Antequam vos hodie dimittam, volo unum vos, vel alterum vini cyathum mecum bibatis, quod recta ab Inſulis Canariis accepi. Jam ſervo man-

(a) Dan. Purg. C. 9.

mandaveram, ut litterariae noſtrae exercitationis tempore, gelidis aquis detineretur, ut vobis foret acceptius. Ita fiet, ut os longa diſputatione exſiccatum, aliquantulum humectetur, ſanguinis ardor temperetur, vireſque elanguentes paullulum recreentur.

Phil. Optimam rem cogitaſti. Interea dum famulum expectamus, quid de admirabili homines inter, & beſtias analogia, & diſcrimine ſcribat Lactantius ille quem Critophilus tantum metuebat, excipite: (a) *Etſi non ſint talia in brutis, tamen ſimilia videri poſſe. Proprius homini ſermo eſt, tamen & in illis quaedam ſimilitudo ſermonis: nam & dignoſcunt invicem ſe vocibus; & quum iraſcuntur, edunt ſonum jurgio ſimilem, & quum ſe ex intervallo vident, gratulandi officium voce declarant. Nobis quidem voces eorum videntur inconditae, ſicuti illis fortaſſe noſtrae; ſed ipſis, quae ſe intelligunt, verba ſunt. Denique in omni affectu certas vocis notas exprimunt, quibus habitum mentis oſtendant. Riſus quoque eſt homini proprius, & tamen videmus in aliis animalibus quaedam ſigna laetitiae, quum ad ludum geſtiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem ſere-*

nant,

(a) Lactan. de ira Dei, cap. 7.

nant, oculos in laſciviam reſolvunt. *Quid tam proprius homini, quam ratio, & providentia futuri? Atqui ſunt animalia, quae latibulis ſuis diverſos, & plures exitus pandant, ut ſi quod periculum inciderit, fuga pateat obſeſſis; quod non facerent, niſi ineſſet illis intelligentia, & cogitatio. Alia provident in futurum*, ut

.... Ingentem formicae farris acervum
Comportant, hyemis memores, tectoque reponunt.

Ut Apes,

Quae patriam ſolae, & certos novere penates,
Venturaeque hyemis memores, aeſtate laborem
Experiuntur, & in medium quaeſita reponunt.

Longum eſſet, ſi exequi velim, quae a ſingulis generibus animalium fieri ſoleant humanae ſolertiae ſimillima. Quod ſi horum omnium, quae adſcribi homini ſolent, in brutis quoque deprehenditur ſimilitudo, apparet, ſolam eſſe religionem, cujus in brutis nec veſtigium aliquod, nec ulla ſuſpicio inveniri poteſt. Religionis enim propria eſt juſtitia, quam nullum aliud animal attingit ..... : Juſtitiae autem Dei cultus adſcribitur: quem qui non ſuſcipit, hic a natura hominis alienus, vitam pecudum

ſub

ſub humana ſpecie vivit? Quum vero a ceteris animalibus hoc pene ſolo differamus, quod ſoli omnium divinam vim, poteſtatemque ſentimus; in illis autem nullus ſit intellectus Dei, certe illud fieri &c. Hactenus Lactantius, qui paucis interjectis ita concludit: *Quare ſi ratio, ſi vis hominis hoc praecellit, & ſuperat ceteras animantes, quod ſolus notitiam Dei capit; apparet, religionem nullo modo poſſe diſſolvi.*

Haec Lactantius, quibus excriptis ſubdit Stanislaus Hoſius, S. R. Eccleſiae Card. Epiſcopus Varmienſis in Concilio Tridentino Legatus (a): *Non omnino vana, ut eorum opinio fuiſſe videatur, qui, quae nos bruta vocamus, animantia rationis expertia prorſus eſſe negaverunt. Gravis apud Graecos Auctor* **Plutarchus librum etiam ea de re conſcripſit...** *Quin & Arnobius lib. 2. contra gentes, multa in illis conſpici dicit rationis, & ſapientiae ſigna. Ex iis videre licet, quod quaecunque tandem ea ſunt, quibus placet ſibi genus hominum, ac reliquis animantibus anteponi, ſeque diſcerni ab illis vult, ea non minima ex parte cum illis habet communia. Quid igitur eſſe dicemus, quo maxime diſcerni poſſint*

ho-

(a) Staniſ. Hoſ. in Prooem. ad Confeſs. Cathol. Fid.

Digitized by Google

homines a pecoribus? Non ratio, non oratio, non prudentia, non alia quaecunque; ſed ſola eſt Religio, quae nos ab illis ſecernit. At ſervus praeſto eſt. Tibi ergo, Ariſtippe, grati propinemus, atque hinc ſubito abeamus, nox enim properat,

Majoreſque cadunt altis de montibus umbrae. (a)

Ea

(a) Virg. Egl. 1.

Ea vindicantur divinarum Litterarum teſtimonia, quae animae beſtiarum immateriali favere videntur.

DIALOGUS QUINTUS.

Philadelphus, Critophilus, Ariſtippus,

Phil. HActenus, Ariſtippe, habuiſti nos meros, putoſque Philoſophos; habebis in poſterum Philoſophos in Catholicis dogmatibus religioſe educatos, Philoſophos, inquam, Theologi etiam perſonam agere non ignaros.

Crit. Ita eſt Ariſtippe mi: Oramus propterea, ut quos, de anima brutorum momentis hauſtis e naturalibus principiis diſputantes excipere non es dedignatus, poſt hac per cauſſas ſublimiores philoſophantes comiter ſuſtineas.

Ariſt. Si tantam ego conſecutus ſum animì voluptatem, quum meros Philoſophos habebam, cogitate, Domini mei, quo majori vos deſiderio nunc excepturus ſim, qui mihi Catholici adeſtis Philoſophi. Novi equidem pereruditum Scriptorem de ingeniorum mo-

moderatione, duos hac in re aequiſſimos canones praeſcribere, quorum primus eſt (a): *Licere ingeniis noſtris haec ſentire, quod & magis lubeat, & verum, aut veri videatur ſimilius.* Altero ſtatim ſubdit: *Nefas ingeniis noſtris eſſe, in cunctis artibus, ſive diſciplinis aliquod ſentire, quam veritatis oracula clament.*

Phil. Antequam exordiamur, hoc unum a me praemonendum cenſeo, ejus ſcilicet me eſſe opinionis, ut illud vobis etiam perſuaſum ſit, nihil divinas Litteras de brutorum anima expreſſe, & ex inſtituto definiviſſe; alioquin nullus amplius nobis concederetur liberae diſputationis locus; quilibet enim tueri eam deberet ſententiam, quam divinum nobis proponeret Eloquium, cui intellectum noſtrum in Chriſti obſequium captivare neceſſe eſſet. Quamobrem haec duo tantum a me exoptari poſſunt. Primo, ut oſtendam, momenta ex ſacris Scripturis comparata pro anima belluarum immateriali, tam eſſe efficacia, ut prudentem probabilitatem nobis valeant ingenerare; Secundo, ut demonſtrem, divini Eloquii teſtimonia, quae in oppoſitum afferuntur, non tanti eſſe ponderis, ut omnem removere poſſint ab imma-

(a) Lam. Prit. de Ingen. moder. lib. 1. cap, 21.

materiali brutorum anima veriſimilitudinis ſpeciem.

Ariſt. Nec Critophilum puto majora a te expetere poſſe. Rem itaque aggrediaris. Quae ſunt Dei verba, a quibus patrocinium quaerebas?

Phil. Primo illud ego teſtimonium proferebam, quod ex Geneſis libro hauriri ſolet (a): *Ecce ego adducam aquas diluvii ſuper terram, & interficiam omnem carnem, in qua ſpiritus vitae eſt ſubter coelum*, in quo verba illa *omnem carnem*, haud ſane ad ſolos homines coarctari debent, verum etiam ad beſtias referenda ſunt, quum ejuſdem capitis initio dixerit Deus: *Delebo hominem, quem creavi, a facie terrae, ab homine uſque ad animantia, a reptili uſque ad volucres coeli; poenitet enim me feciſſe eos*. Eſt igitur & in beſtiis ſpiritus vitae, ut eſt in hominibus.

Ariſt. Quanquam decretorium non ſit hoc teſtimonium, nihilominus opinioni, quam tueris, ſuffragium certe aliquod praeſtare videtur. At vero quid huic reponebat Critophilus?

Crit. Reponebam, nullum penitus Philadelpho ſuffragium praeſtari ab indicato teſti-

F

(a) Geneſ. cap. 6. ver. 17.

ſtimonio, idque pluribus, invictiſque rationibus comprobabam. Sed quoniam nimius eſſem fortaſſe, ſi omnia, quae tunc dicebam, tibi iterum recitarem, ideo

Molte gran coſe in picciol faſcio ſtringo: (a)

Dicebam non ſuffragari, tum quia, non omnia, quae in ſacris codicibus leguntur, ad litteram intelligenda ſunt; ſecus plurima affirmanda eſſent Fidei principiis adverſantia; tum quia vox *Spiritus* res alias bene multas in divinis libris denotat, quibus non convenit eſſe ſubſtantias immateriales, ut quum dicitur: *Spiritus procellarum* &c. (b)

Phil. Admitto Paulli Apoſtoli doctrinam, litteram quandoque occidere; atque idcirco non omnia, quae in divinis teſtimoniis ſcripta ſunt, ſecundum litteralem ſenſum eſſe accipienda: Admitto etiam, non uno tantum loco *Spiritus* vocem in ſacris Scripturis immaterialem ſubſtantiam haudquaquam deſignare. Nunquid ergo vox *Spiritus* in teſtimonio a me propoſito, litterali ſenſu accipienda non erit? nunquid ſubſtantiam im-

ma-

(a) Petr. Trion. della fam. cap. 2.
(b) Pſal. 10.

materialem minime indicabit? Equis medius fidius id evincet?

Te equidem non latet, alias inter leges, quae ad divinas percipiendas litteras praeſcribuntur, hanc etiam ſanciri: *omnem ſacrae Scripturae propoſitionem accipiendam eſſe in ſenſu litterali, & proprio, quotieſcunque in tali ſenſu non eſt repugnantia cum aliis propoſitionibus ejuſdem Scripturae, aeque, aut magis certis, aut definitione Summi Pontificis, aut cum propoſitione aliqua naturali lumine certa, & evidenti*. Quapropter licet improbum ſit aſſerere cum nefario homine Kemnitio, unicum eſſe divinorum verborum ſenſum, litteralem nempe, quoties nihilominus ſenſus iſte nullam habeat repugnantiam cum aliis propoſitionibus ejuſdem Scripturae, aeque, aut magis certis, nullam cum definitione Summi Pontificis, nullam cum propoſitione aliqua naturali lumine certa, & evidenti, haud ſane piaculum erit, litteralem ſenſum tueri, potiſſimum ſi is ex contextu non obſcure eruatur *Recordare praeterita* (ajebat Origenes) (a), *audi praeſentia, quae ſequuntur adverte. Confer priora poſterioribus, & divinarum virtutum magnificen-*

(a) Orig. hom. 25. in cap. 13. Num.

ſicentiam contemplare. Litteralem porro ſenſum ejus vocabuli *Spiritus* ut ad beſtias etiam extenditur, nullam habere cum aliis propoſitionibus Scripturae, aeque, aut magis certis, repugnantiam, nullam cum definitionibus Eccleſiae, peculiaribus diſputationibus aperiam. Nullam vero habere cum propoſitione aliqua naturali lumine certa & evidenti, ſatis ſuperioribus concertationibus declaratum eſt. Quare id in praeſentia ſufficiat vos ex contextu de hac re certiores facere.

Sequenti Geneſeos capite haec legimus: *In articulo diei illius . . . . . univerſae aves, omneſquae volucres ingreſſae ſunt ad Noë in arcam, bina, & bina, ex omni carne, in qua erat Spiritus vitae*. Hic autem animadvertamus oportet ſacrum Sriptorem, ad beſtias praecipue ſermonem ſuum dirigere, & tamen eaſdem pene voces uſurpat, quas antea uſurpaverat, quum ſermo ad homines ſpeciatim dirigebatur, propter quos praecipuus, & unicus erat diluvii ſcopus: *Videns enim* (a), *quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore poenituit eum, quod hominem feciſſet in terra, & tactus dolore cordis in-*

(a) Geneſ. cap. 6.

intrinſecus: delebo, inquit, hominem, quem creavi a facie terrae. His praelibatis, ſinite, Domini mei, me ita argumentari. Aut vocabulum *Spiritus*, quum in priori teſtimonio ad homines potiſſimum dirigitur, litterali ſenſu accipiendum eſt, adeout ſubſtantiam ſignificet immaterialem, aut non? Non certe hoc ſecundum, ergo primum: atqui ſi litterali ſenſu illud eſt accipiendum, litterali pariter ſenſu intelligendum eſt etiam, quum ad beſtias ſpeciatim dirigitur in poſteriori textu; ergo, ſicuti in hominibus deſignat ſubſtantiam immaterialem ita ſubſtantiam immaterialem deſignabit etiam in brutis. Enim vero, ſi non unus & idem eſſet in utroque teſtimonio ejus vocabuli ſenſus, haud ſane in utroque eaſdem dicendi formulas Deus uſurpaſſet:

Di più direi, ma di men dir biſogna, (a)

Ariſt. Quum Origenem nuper laudabas, aliud mihi in mentem venit ejuſdem praeceptum in ſtudio, ac lectione Scripturarum obſervandum. *Facilius*, ait is, (b) *in Scriptura cognoſcitur quod quaeritur, ſi ex pluri-*

(a) Arioſ. Can. 26. ſtan. 22.
(b) Orig. t. 1. col. 2.

ribus locis, *quae de eadem re ſcripta ſunt*, *exempla proferantur*. Si alia tibi praeſto ſunt divinarum litterarum momenta, rem mihi gratiſſimam facies, quoties ea recitare non recuſabis.

Phil. Non te fruſtrabor. Alia multa in promptu eſſent; ſed illud prae ceteris Critophilo olim commemorabam, quod liber Eccleſiaſtis nobis ſuppeditat (a): *Quis novit, ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum, & ſpiritus jumentorum deſcendat deorſum?* Pauculis autem interpoſitis verbis, antea dixerat, *ſimiliter ſpirant omnia, & nihil habet homo jumento amplius*, quo loco in Hebraica, Syriaca, & Arabica expoſitione legitur: *omnibus unus ſpiritus*, in Chaldaica; *amborum animae ſpiraculum*. Huic patiamini alterum me adjicere, quod ex Davide nuperrime comparavi (b), qui poſtquam dixit: *Dante te illis colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate*, ad indicandam divinam erga bruta animalia providentiam, ſubdit: *Avertente autem te faciem turbabuntur: auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in pulverem ſuum revertentur*. Super quae verba ita ſcribit S. Joannes Chryſoſt.

(a) Eccleſ. cap. 3.
(b) Pſal. 103.

ſoſt. (a): *Te enim volente, animae quoque, & corporis ſeparatio fit: quod quum contingit, corpus corruptioni adjicitur, atque in priſtinum pulverem relabitur. Per ſpiritum autem hoc loco, animam intelligit.* Anima igitur brutorum eſt ſpiritus.

Crit. Utrem mergis vento plenum, ut vulgo dici ſolet. Si Scripturae oraculum recitaſti, recita etiam S. Hieronymi expoſitionem, quam tibi indicabam. Hanc audiat Ariſtippus, atque inde judicet, quam leve ſit pondus, quod ex laudato teſtimonio tuae adjicitur opinioni: *Quis ſcit* (b), *utrum Sanctus, qui hominis appellatione dignus eſt aſcendat in coelum, & utrum peccator, qui jumentum vocatur, deſcendat in terram? Fieri enim poteſt, utrunque pro incerto vitae hujus, & lubrico ſtatu, ut & juſtus concidat, & peccator reſurgat.*

Phil. Aut ſolutionem derivas ex myſtica Hieronymi expoſitione, aut ex verbis illis, *deſcendat in terram*, quae, ut tunc ajebas, in Syro etiam, & Hebraico textu, immo etiam apud Septuagin. apponuntur? (c) Si ex myſtica S. Hieronymi interpretatione

(a) S. Joan. Chryſ. hom., ſive Com. in pſal. 103.
(b) S. Hieron. Com. in cap. 3. Eccleſ.
(c) Dial. 4. con, an. ſpirit. Brutor.

cribro aquam hauris, ſi Plauti licet verba uſurpare; myſtica ne SS. Patrum interpretatio, viam occludere poterit genuino, ac proprio divinarum litterarum ſenſui? Quis dixerit, parabolas eſſe omnia, quae de Hebraei; in deſerto commorantibus narrantur in veteri foedere, omnes ſcilicet de Manna, quod pluerat eis Dominus, manducaſſe, omnes de aqua bibiſſe e lapide ſcaturiente, & alia hujus generis prodigia, quoniam Apoſtolus Paullus docet, haec omnia in noſtri figura facta fuiſſe (a)? Si vero ex verbis illis, *deſcendat in terram*, miror te ex eo loquendi modo contra immaterialem brutorum animam cavillari, qui mihi olim reponebas, plura de immaterialibus etiam hominum mentibus in ſacris libris comperiri, quae materialibus tantum rebus competere poſſunt, ut quum dicitur, animam hominis marceſcere, animam hominis occidi poſſe, & hujuſmodi (b). Ea igitur verba, quae in codicibus quibuſdam, & apud Sanctum Hieronymum adjiciuntur: *Si ſpiritus jumentorum deſcendat in terram*, poſita ſunt ad explicandam modo aliquo ſenſibili, atque ad vulgi craſſioris captum magis conſentaneo, diſſolutionem, ſive deſtructio-

(a) S. Paul. 1. Cor. cap. 10.
(b) Dial. 3. con. an. ſpirit. brut.

ctionem, & ut loquar rigidius, annihilationem ſpiritus jumentorum in ejus diſceſſu a corpore, in cujus reſponſionis confirmationem, ſi omnia proferre vellem exempla, quae familiariſſima ſunt, vereor ne prolixus dicendo, fierem

Tanto che v' annojaſſe il troppo dire; (a)

Ceterum legi ego etiam illud Hieronymi commentarium, ex quo plura comparavi quae placito meo non parum conſentiunt. Audias, quaeſo, Ariſtippe, verba S. Doctoris: *Hoc autem dicit, non quod animam putet perire cum corpore, vel unum beſtiis, & hominibus praeparari locum; ſed quod ante adventum Chriſti omnino ad inferos pariter ducerentur.... Et revera antequàm flammeam illam rotam, & igneam rompheam ad Paradiſi fores Chriſtus cum latrone reſeraret, clauſa erant coeleſtia, & ſpiritus pecoris, hominiſque aequalis vilitas coarctabat. Et licet aliud videretur diſſolvi, aliud reſervari, tamen non multum intererat perire cum corpore, vel Inferni tenebris detineri.* Longam hic inſtituit S. Hieronymus comparationem inter ſpiritum hominis,

(a) Arioſ. Can. 38. ſtan. 86.

nis, & ſpiritum pecoris, quem docet perire cum corpore. Quae autem eſſet Hieronymi comparatio, ſi pecoris ſpiritus immaterialis ſubſtantia non eſſet, ut eſt ſpiritus hominis? Quinam niſi inepte diceret ſpiritum pecoris perire cum corpore, ſi pecoris ſpiritus a corporali ſubſtantia non eſſet diſſimilis? Et ſane haud ſatis ego video, quare ſpiritus vocabulum in teſtimonio Eccleſiaſtis, quum ad homines refertur, propriam habeat ſignificationem, & impropriam, quum refertur ad jumenta; in hominibus veram denotet immaterialem ſubſtantiam, in jumentis ſubſtantiam materialem, potiſſimum, ſi quod nobis negotium faceſſere poſſunt orientales tot lectiones, in quibus poſitae ſunt voces illae, *omnibus unus ſpiritus*.

Crit. Ne putes & mihi, & Ariſtippo offucias praetendere ea lectione, *unus ſpiritus*; recordari ſiquidem deberes, ſatis me, ſuperque tibi demonſtraſſe, admiſſa etiam expoſitione, qua dicitur, *omnibus unus ſpirtus* [*ſi tamen verſio ea dici, poteſt quae potius apparet abſoluta mutatio*] (a), non alterum eſſe poſſe horum verborum ſenſum, niſi quem approbat Symmachus, nimirum omnibus eſſe u-
num

(a) Dial. 4. con. an. Spirit. brut.

num halitum, unam reſpirationem, aut unum flatum, ut legit Vatablus.

Phil. Satis bene recordor, plura, & plura ad id demonſtrandum te dixiſſe. Verum neque illud me fugit, quam inefficaci argumentationis genere uſus ſis, inefficaci, inquam, utpote, quod inadaequatae nitebatur enumerationi, ita enim diſſerebas. *Tò* unus ſpiritus aut de unitate numerica intelligi debet, aut de unitate ſpecifica, aut de unitate ſimilitudinis; nullo ex hiſce modis: ſupereſt eapropter, ut intelligatur ſecundum Symmachi, aut Vatabli expoſitionem. Suſpicor te hîc ex induſtria, genericam omiſiſſe unitatem, qua fit, ut in communi ſubſtantiae immaterialis notione bruta animalia cum hominibus conveniant, abſque ullo tamen confuſionis periculo; ea enim ratione. qua licet in generica ſubſtantiae materialis unitate conveniant lapides cum arboribus, ceteriſque corporalibus naturis, in quibus unum eſt univoca etiam unitate materialis ſubſtantiae genus, nullum conſequitur perturbationis periculum; ita nullum erit inter humanam mentem, & animam beſtiarum, admiſſa illam inter, & iſtam generica unitate. Qua de re quum dixit Eccleſiaſtes (ſi tamen hoc pacto legendum eſt) *omnibus unus ſpiritus*, ita

ita locutus eſt ad indicandum in omnibus unam eſſe genere ſubſtantiam immaterialem.

Crit. Quum dici ſoleat communiſſime: multis ictibus dejicitur quercus, illius etiam recordari deberes momenti, quod ex Auguſtino comparabam, cujus proderit doctrinam in medium iterum proferre. (a) *Sex modis in Scripturis ſpiritum ſubſtantialiter dici non neſcio a vobis ſciri: primo, Summus omnium, Deus ſpiritus appellatur, ut ibi: Spiritus eſt Deus & qui adorant eum, in ſpiritu oportet adorare; ſecundo, Angeli ſpiritus dicuntur, ut ibi: qui facit Angelos ſuos ſpiritus; tertio animae ſpiritus nuncupantur, ut ibi: exibit ſpiritus ejus, & caro revertetur in terram; quarto, vita brutorum animalium ſpiritus vocatur, ut ibi: quis ſcit, ſi ſpiritus jumentorum deſcendat deorſum; quinto, venti dicuntur ſpiritus, ut ibi; Spiritus procellarum; ſexto, aër ſcribitur ſpiritus, ut ibi; os meum aperui, & attraxi ſpiritum.* Haec Auguſtinus, quibus oſtendit quam varie hoc nomen *ſpiritus* in Scripturis uſurpetur, & indirecte ſaltem negat, nomen ſpiritus brutis applicatum ſignificare verum ſpiritum, dum ſecernit animam bruta informantem ab anima hominis,

(a) S. Auguſt. lib. de cognit. ver. vit.

nis, de qua ſtatim ante mentionem fecerat, non utique unam ab alia ſecreturus, ſi utraque apud ipſum verus ſpiritus foret; abbreviata enim in quinque tantum membra inductione dicere maluiſſet: *Anima quorumvis animalium ſpiritus nuncupatur, ut ibi omnibus unus ſpiritus.*

Phil. Admiror vehementer, te in perſcrutandis SS. Patrum operibus, virum alioqui diligentiſſimum, ſuppoſito huic Auguſtini teſtimonio tantum tribuere. Opus enim *de cognitione verae vitae*, genuinum non eſſe Sancti Auguſtini foetum, omnes conſentiunt accuratiores in rimandis Eccleſiaſticis Scriptoribus, & eruditiores viri, quos inter Natalem Alexandrum habemus admonentem (a), librum de cognitione verae vitae, Auguſtino falſo adſcribi: quinimmo in editione apud me Pariſienſi indicato operi hæc praemittitur cenſura: *Hoc opus Auguſtini non eſſe, ſtylus, & alia quaedam ſatis manifeſtant.* Quidquid vero ſit de hujus libri Scriptore, ſilentio praeterire illud non poſſum, nullius ferme roboris viſam mihi fuiſſe congruentiam, qua utebaris ad comprobandum, ſaltem indirecte, indicati operis Auctorem negare nomen *ſpiritus* bru-

tis

(a) Nat. Alex. Hiſt. Eccleſ. ſaec. V. cap. 4.

tis animalibus in divinis libris conceſſum, verum ſpiritum ſignificare. Poterat etiam, ut majori brevitate orationem perſolveret, in duas tantum ſupremas claſſes modos illos omnes, quibus in Scripturis, ſpiritus ſubſtantialiter praedicatur, diſtribuere, & dicere, alterum eſſe ſpiritum creatum, & alterum increatum. Quum igitur ſuppoſiti Auguſtini hic eſſet ſcopus, eas nempe differentias omnes, non ſupremas ſolum, verumetiam inferiores, per quas ſubſtantivum *ſpiritus* nomen diſtribuitur, enumerare, debuit idcirco hominis, & brutorum ſpiritus expreſſe, diſtinctеque nominare. Quamobrem ea ratione, qua licet Angelorum ſpiritus ab hominum ſpiritu in laudato teſtimonio ſecernatur, non conſequitur, ſpiritum hominis veram non eſſe ſubſtantiam immaterialem; ita quanvis in eodem diſtinguatur ſpiritus brutorum a ſpiritu hominis, legitima nequit eſſe conſecutio, brutorum ſpiritum veram non eſſe immaterialem ſubſtantiam.

Ariſt. Bene dicis Philadelphe mi: At ne graveris, quaeſo, unum me tibi reponere. Auguſtinus, ſeu quiſquis alius ſit propoſiti operis Scriptor, varias recenſet ſubſtantias, quae ſubſtantialiter in ſacris Litteris dicuntur *ſpiritus*, & nihilominus ſunt ſubſtantiae

tiae materiales, ut ſunt venti, procellae, aër, halitus, &c. Potuit fortaſſe ignotus Auctor materialibus hiſce ſubſtantiis, ſpiritum etiam beſtiarum accenſere.

Phil. Inſtantiam, quam acute promoves, jam praeſenſeram. Scias itaque, non tantum ſuſpicari; ſed in eam me eſſe opinionem, multum proclivem, Scriptorem operis de cognitione verae vitae, ſpiritum belluarum corporales inter ſubſtantias collocaſſe; nimis enim aperta ſunt ea, quae ab ipſo ſubduntur, ut id confirment. At vero neque tibi latere hoc debet, haud certe me ita diſſeruiſſe, ut ſuppoſititii Auguſtini mentem vindicarem; ſed unice, ut tibi, & Critophilo aperirem, parum admodum efficacem reputandam eſſe congruentiam ab oppoſito teſtimonio derivatam. Ceterum, Sanctum Auguſtinum vere pluribus in locis immateriali beſtiarum animae patrocinari, non una tantum, ſed pluribus ejuſdem Sancti Doctoris ſententiis mihi innoteſcit, & quidem ab iis operibus decerptis, de quorum veritate neque ambigunt Critici ſeveriores, & in quibus Auguſtinum de brutorum anima ex inſtituto diſputaſſe, compertum eſt.

(a) Ac primo. Libro de quantitate animae haec ſcribit: *Senſu nos beſtiae multae ſuperant, mente autem, ratione, & ſcientia nos illis Deus praepoſuit.* Demonſtrabam autem, ſi bene eſtis memores, nullum eſſe poſſe Auguſtinianae comparationi locum, quotieſcunque nulla prorſus concedenda ſit beſtiis mens, cognitio nulla, & ſcientia; porro ſi per Sanctum Auguſtinum anima brutorum & mente, & cognitione aliqua potitur, ſane per hunc Eccleſiae Doctorem gaudet proprietatibus ſubſtantiae immaterialis: atque ideo per eundem immaterialis ſubſtantia dijudicanda eſt. Progrediamur autem (b). Quum diſſerendum ſuſcepiſſet de illo multipede animalculo, quod in agro Liguriae ab iis adoleſcentibus captum, qui cum eo erant ſtudiorum ſuorum cauſſa, atque in duas partes diſſectum, in utraque corporis motum conſervaſſe, exploratum eſt, de eodem haec profert: *Exiſtimandum eſt, ſecto vermiculi corpore non omnino animam ſectam, nec loco minore, minorem eſſe factam, licet integri animantis membra omnia per majorem locum porrecta ſimul poſſederit: non enim locum ipſa, ſed corpus, quod ab eadem agebatur, tenebat.* Admittit ita-

(a) S. Aug. lib. de quant. ani. cap. 28.
(b) S. Auguſt. in eodem lib. cap. 32.

itaque Auguſtinus, brutorum animas eſſe indiviſibiles, ſecus nulla eſſet ratio, quare ſecto vermiculi corpore, ſecari & ejus anima non debuiſſet; Admittit, animas brutorum locum non occupare, ut clarum eſt ex recitatis verbis. Quid ab Auguſtino deſiderari poterit manifeſtius, ut non temere dici poſſit, animae beſtiarum immateriali Auguſtinianum calculum accedere? Sane quidquid eſt materiale, & corporeum, partibus coaleſcit, quare diviſionem patitur: quidquid eſt materiale, & corporeum extenſum eſt in longum, latum, & profundum, quare locum occupat. Sola idcirco ſubſtantia immaterialis illa eſt, quae quum partibus careat, vulgataque ſecundum triplicem dimenſionem extenſione deſtituatur, nec diviſibilis eſt, nec occupare locum poteſt. Hinc Auguſtinus ipſe eodem de quantitate animae libro, ut probaret humanam mentem non eſſe in longum, latum, & profundum extenſam, aſſumebat extenſiones hujuſmodi, affectiones eſſe corporalis ſolius ſubſtantiae proprias. *Non enim* (a) *aut longa, aut lata ſuſpicanda eſt anima; corporea enim iſta ſunt*. Huic equidem doctrinae praeiverat Ariſtoteles opere, cui titulus eſt de de-

 defi-

(a) S. Aug. lib. de quant. an. cap. 3.

finitione corporis naturalis, & ejus perfectione. (a) *Corpus eſt, quod omniquaque diviſibile eſt, atque ideo extenſum, quum nulla ibi fieri poſſit diviſio, ubi nulla eſt partium extenſio*. Neglectis demum ſexcentis fere aliis Auguſtinianae doctrinae monumentis, haud profecto deſpicienda ſunt, quae apud eundem Sanctum Doctorem leguntur (b): *Cauſſa rerum, quae facit, nec fit, Deus eſt. Aliae vero cauſſae & faciunt, & fiunt, ſicut ſunt omnes creati ſpiritus, & maxime rationales. Corporales autem cauſſae, quae magis fiunt, quam faciunt, non ſunt inter cauſſas efficientes annumerandae*; ex quibus ita primum argumentari non prohibeor. Cauſſae, quae faciunt, & fiunt, per Sanctum Auguſtinum, ſunt omnes creati ſpiritus, & maxime rationales. Ergo non obſcure indicat, ſe praeter rationales ſpiritus, creatos alios ſpiritus non rationales cognoſcere; ſecus otioſum eſſet illud adverbium *maxime*. Praeterea aut brutorum animae aliqua faciunt, vel non? Hoc poſtremum haud facile dabunt Ariſtotelici; ſi primum, per Sanctum ergo Auguſtinum non ſunt ſubſtantiae materiales quia per iſtum cor-

po-

(a) Ariſt. lib. 2. de coel. tex. 2. ſum. 2.
(b) S. Aug. lib. 3. de Civit. Dei, cap. 9.

porales cauſſae non ſunt inter cauſſas efficientes annumerandae,

(a) *Ma d'un parlar nell' altro, ove ſon ito*
Sì lungi dal cammin, ch' io facev' ora?
Non lo credo però sì aver ſmarrito,
Ch' io non lo ſappia ritrovare ancora.

Vindicanda ego ſuſceperam divini Eloquii teſtimonia, & ad aperiendam S. Auguſtini mentem prolixius, fortaſſe ac par erat, digreſſus ſum. Ad noſtra igitur redeamns.

Ariſt. Oro te, ne mihi ſuccenſeas, Philadelphe. Optarem ut contractiori, quo fieri poteſt, ſermone, te expedires, non quod non placeat te differentem audire; ſed quia vocant me epiſtolae Amicorum permultae, quibus ante hac reſponſum dare curae aliae prohibuerunt.

Phil. Haud difficilis obtemperabo, illamque imitabor argumentandi rationem, quam Critophilus criminari nequeat, quoniam eadem ipſe uſus eſt. Si Scriptura de anima brutorum diſſerens, huic ea tribuat praedicata, quae ſoli, & verae ſubſtantiae immateriali competere poſſunt, nullo autem mo-

(a) Arioſ. Can. 17. ſt. 80.

do ſubſtantiis materialibus, jam ſacra Scriptura patrocinium praeſtare aliquod videtur ſententiae, quam propugnandam aggreſſus ſum; res ita ſe habet: ergo Scriptura patrocinium praeſtare aliquod videtur huic ſententiae. An non verum eſt, divinas Litteras docere, beſtiarum animam doloris, & gaudii ſenſum percipere? *Tunc praecucurrit canis, qui ſimul fuerat in via & quaſi nuncius adveniens blandimento ſuae caudae gaudebat* (a). An non verum eſt, ſacros libros cognitionem belluis concedere, & memoriam? *Milvus in coelo cognovit tempus ſuum. Turtur, & Hirundo, & Cyconia cuſtodierunt tempus adventus ſui* (b). An non verum eſt, in ſacro Eloquio bruta animalia hominibus proponi inſtar exemplaris, & ſapientiae, & praeviſionis? *Vade ad formicam o piger, & conſidera vias ejus, & diſce ſapientiam, quum non habeat ducem, nec praeceptorem, nec principem, parat in aeſtate cibum, & congregat in meſſe, quod comedat* (c); Prudentiae ſimiliter in beſtiis exemplum habemus: *Eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes* (d). Quis porro rudis adeo erit

(a) Tob. cap. 11.
(b) Jerem. cap. 8.
(c) Prov. 6.
(d) Matt. 10.

erit Minervae, aut pervicacis adeo ingenii, ut affirmare non vereatur, gaudii, & doloris ſenſum, cognitionem, memoriam, ſapientiam, prudentiam, & hujuſmodi, corporalibus etiam ſubſtantiis convenire poſſe, aut ſolius immaterialis ſubſtantiae (ſaltem ut novimus) non eſſe proprias?

Crit. (a) *Arreſta alquanto alle vittorie il corſo,*

Non id ſatis eſt te oſtendiſſe, paucula divini Eloquii teſtimonia tuae adſtipulari ſententiae, quotieſcunque tot ſunt alia, quae eidem apertius adverſantur.

Phil. Novam hanc exercitationis materiem, peculiari ventilandam diſputatione conducibilius exiſtimaveram. Ut nihilominus tibi id optanti facile morem geram, hodie etiam habes me novo diſcrimini paratum.

Ariſt. Hodie ſatis diſputatum eſt. Vicinus Veredarii diſceſſus, non patitur diſputationibus veſtris me longius intereſſe. Habeatis propterea me excuſatum, ſi inurbane aliquantulum vos dimitto.

(a) Rol. lib. 6. Canz. 15.

Declaratur, momenta e ſacris libris contra animam brutorum immaterialem derivata, non ſatis eſſe decretoria.

DIALOGUS SEXTUS.

Ariſtippus, *Critophilus*, *Philadelphus*.

Ariſt. DE tuo promptiore, equidem ac timebamus, ad Urbem reditu, ſinas nos tibi gratulari, jucundiſſime Philadelphe. Quae cauſſa a nobis te heri ſurripuit, nobiſque penitus inſciis rus te vocavit?

Crit. Domum ego tuam ſtato pomeridiano tempore adivi, nec ſine admiratione percepi, Urbe te egreſſum fuiſſe; tum maxime, quod de reditus die famulorum nullus certiorem fecit me.

Phil. Habetis, Domini mei, habet Critophilus potiſſimum, aequiſſimam, ut de me conqueramini, cauſſam. Suſpicatus fortaſſe erit Critophilus, divinarum me Litterarum momenta fugere voluiſſe, quae jam paraverat. *Ma ben ti prego*. Permittas cum clariſſimo inter Etruſcos Poëtas me tecum loqui.

(a) *Ma*

(a) *Ma ben ti prego, che prima, che ſia*
Pugna fra noi, tu pienamente intenda
La giuſtiſſima, e vera ſcuſa mia,
Accioccbè a torto più non mi riprenda.

Quum nudius tertius te dimiſiſſem, recta domum meam petii. Epiſtolam ſubito exhibuit famulus, qua me villicus admonebat, duos ſe vidiſſe lepores in agro, prope domum conſito, ſub braſſicis jacentes, quumque his venandis plurimum ego delecter, nullo adhibito conſilio, decrevi me ſtatim rus conferre. Hos facile venatus ſum, eademque alacritate ad Urbem ſum regreſſus. Captos lepores mecum detuli: unum tu habebis, Ariſtippe, alterum Critophilus.

Ariſt. Gratias tibi agimus cumulatiſſimas. At quomodo te hodie paratum habebimus ad diſceptandum?

Phil. Niſi eſſem paratus, vobis non adeſſem. Ut paratior accederem, perſoluto vix prandio, ea ad examen vocavi divini Eloquii teſtimonia, ex quibus, ut ajebas, rem tuam confecturum putabas Critophile.

Crit. Placet mihi ſummopere, te illa recenter meditatum eſſe; ita enim vividius

(a) Arioſ. Can. 31. ſtan. 100.

ob oculos tibi erunt momenta, quae palmaria, niſi prorſus caecutio, ex illis comparabam. Audias, quaeſo, Ariſtippe, ſi parvi adeo faciendum ſit argumentum, quod ex diverſa brutorum, & hominum productione hauriebam. Quum beſtiarum anima excitanda fuit: *Dixit Deus, producant aquae reptile animae viventis, & volatile ſuper terram; Dixit quoque Deus, producat terra animam viventem in genere ſuo, jumenta, & reptilia, & beſtias terrae, ſecundum ſpecies ſuas* (a). At quum formanda fuit mens humana, *formavit Dominus Deus hominem de limo terrae, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitae, & factus eſt homo in animam viventem* (b): An ſatis aperta non ſunt divina iſtiuſmodi Oracula, ut nobis innoteſcat, ſolam humanam mentem, quam Deus ipſe ad ſui ipſius imaginem, & ſimilitudinem, inſpirato vitae ſpiraculo, conformavit, ſubſtantiam eſſe ſpiritualem; animam vero beſtiarum, cujus productionem aquis, & terrae commiſit divinus Opifex, eſſe penitus materialem, & corpoream?

Phil. Ne credas herculeo me devinxiſſe nodo. Quod iis evenire ſolet, qui colorato utuntur vitro, id tu fortaſſe experiris Crito, phi-

(a) Geneſ. cap. 1.
(b) Geneſ. cap. 2.

phile. Sicuti enim objecta illa, quae ſubducto vitro aut rubros, aut flavos, aut caeruleos remittunt radios, viridi, ſi hic in vitro ſit color, ut eſſent colore tincta, ab illis excipiuntur; ita ob animi praeoccupationem, materiali brutorum animae favere exiſtimas divinos illos textus, de quibus nullus unquam, niſi praejudicatae opinionis, cogitaſſet. Ut autem intelligas, ea me tantum proferre, quae ſolidis, & inconcuſſis rationibus fulciuntur, ſufficiat me tibi declaraſſe, verba illa *producant reptile animae viventis, & volatile ſuper terram; producat terra animam viventem*, ad vulgi captum, ſacrum Scriptorem poſuiſſe: non certe ut indicaret, aquis revera, & terrae vim viventium animalium vere, ac proprie effectricem Deum largitum fuiſſe. Et ſane poſtremum hunc ſenſum nec naturalis ratio, nec ſacrorum Interpretum conſenſus, nec divini ejuſdem Eloquii contextus patiuntur.

Non ratio naturalis, nam praeterquam in clara, diſtinctaque corporalis ſubſtantiae idea, nihil praeter otium, & inertiam deprehendimus, quum *naturali ipſo lumine manifeſtum ſit*, ut ajebat Carteſius, (a) *tantundem ad minimum eſſe debere in cauſſa efficiente*,

(a) Carteſ. Med. 3. de prim. Philoſph.

te, *quantum in ejuſdem cauſſae effectu*, quoniam Ariſtotelicis etiam definientibus Philoſophis, nullus eſſe poteſt effectus propria cauſſa nobilior, aliunde nobis compertum ſit, aquarum, & terrae conditionem longe eſſe viventi anima deteriorem, quînam credere poterimus, aquas, & terram, veras eſſe viventium animarum cauſſas effectrices? Accedit, accuratiſſimis experimentis a viris diligentibus, & curioſis pertentatis, exploratum eſſe, hac aetate futiles eſſe fabellas, quidquid narratur de animalium quorundam nativitate ex putrefactis materiis, quum omnia etiam viliora animalcula ex ovis, & ſeminibus generentur, ut fuſo, & erudito calamo, inter ceteros, probat doctiſſimus Redius.

Non ejuſmodi ſenſum patitur ſacrorum Interpretum conſenſio. *Verba illa producant aquae reptile animae viventis*, *aliud non indicant*, ſcribit vir in Geneſeos expoſitione probatiſſimus, (a) *niſi quod aqua ſit naturalis piſcium locus habitationis*, *generationis*, *& conſervationis*, *extra quem nec gigni*, *nec bene habere*, *nec naturales actiones ſuas exercere*, *nec vitam tueri queant*. Similiter in verſ. 24. haec profert. *Illud autem producat terra* &c., *non*

(a) Benedict. Perer. Com. in Geneſ. lib. 1.

non denotat vim activam , & effectricem animalium . . . . . . Non enim credibile eſt , terram capacem eſſe tantae virtutis , ut per ſe animalia cujuslibet generis generare queat . Denotat igitur tantum materiem , e qua poſtea per omnipotentem Dei vim facta ſunt animalia ; Denotat etiam , terram eſſe locum naturalem ejuſmodi animalium , in quo nimirum generantur , aluntur , & conſervantur . Itaque nonnulli hebraice ſcientes , exiſtimant illud producat , poſitum eſſe phraſi Hebraica , pro eo quod producantur ex terra , vel producantur in terra . Nec mirari in hoc multum debemus, quoniam pluribus SS. Patrum teſtimoniis oſtendit laudatus Scriptor , eodem ſenſu illud etiam accipiendum eſſe: *Germinet terra herbam virentem , & facientem ſemen , & lignum pomiferum , faciens fructum . Illud proferat terra*, en verba ſapientis Interpretis, *protulit terra , non aliud ſignificat , quam materialem terrae cauſſalitatem , & concurſum ad generationem plantarum ; ſiquidem illud proferat terra herbam , eandem vim habet* : (perpendantur haec poſtrema verba , quae ſi non alium ſenſum admittunt , diverſum potiori jure admittere non poterunt illa , *producant aquae reptile animae viventis ; producat terra animam viventem*) ;

tem); *atque proferatur ex terra*, *atque in terra herba virens*.

Non denique vulgari concinit opinioni divini Eloquii contextus. Enimvero, ſi per verba illa, quae verſu 20. leguntur, *producant aquae reptile animae viventis*, & *volatile ſuper terram*, & rurſum *producat terra animam viventem in genere ſuo*, *jumenta*, & *reptilia*, & *beſtias terrae*, *ſecundum ſpecies ſuas*, verſu 24. Aquae, & terra conſtitutae fuiſſent verae cauſſae belluarum effectrices, aut non diceretur ſtatim verſ. 21., aut nonniſi otioſe diceretur, quod nefas eſt, *creavitque Deus cete grandia*, & *omnem animam viventem*, *atque motabilem*, nec ſimiliter verſ. 25. ſubderetur: *Et fecit Deus beſtias terrae*, *juxta ſpecies ſuas* & *jumenta*, & *omne reptile terrae in genere ſuo*. Hac de re vir admonet, antiqui foederis interpetratione celeberrimus (f) *Verumtamen propter verba illa Geneſeos*, c. 1. verſ. 20. *producant aquae* &c., *non debemus inferre*, *ipſa aquatilia*, & *volatilia producta fuiſſe ab aquis*, *tanquam a cauſſa efficiente*; *ſiquidem vera ipſorum cauſſa efficiens fuit Deus*, *ut ibidem*, *quum dicitur*, *creavitque Deus cete grandia*, & *omnem ani-*

(a) Torniell. annal. Mun. 1. Mun. ef. dies 5.

nimam viventem. Dicamus propterea : Spiritum Dei, qui ſicuti per Iſaiam, (a) conteſtatus eſt: *Ego Dominus Deus, docens te utilia*; hoc eſt, non ſubtilia docens dogmata Philoſophorum, ut habet Gloſſa, in dictandis ſacris codicibus, receptae apud vulgum opinioni ſe ſe accomodare voluiſſe, quanquam revera per divinum imperium iis vocibus *producant aquae & producat terra* expreſſum, optimo Dei conſilio, res hujuſmodi corporales, cauſſae duntaxat occaſionales productionis viventium animarum, fuerint conſtitutae, quatenus leges ſibi quaſdam, perpetuo in natura ſervandas, libere Deus propoſuit; puta: ſancivit tunc ſe viventem animam impoſterum non creaturum, niſi beſtiarum ſemina in aquis, aut terrae viſceribus congrue diſponerentur. Huic autem placito, quod recedentes a vulgari ſententia amplexati ſunt inter ceteros, & Cajetanus, & Catharinus, & Hieronymus Vielmus, apud Pererium, non parum ſuffragantur Hebraeus textus, & Chaldea paraphraſis; ille quidem, qui legendum exhibet: *Repere faciant aquae reptile animae viventis, & volatile volet ſuper terram, ſuper faciem extenſionis*; haec vero, quia

(a) Iſa. cap. 48. verſ. 17.

quia habet: *Moverc faciant aquae reptile animas viventis, & avis volitet ſuper terram juxta faciem expanſi coelorum.*

Ariſt. An non vides, quod fumum fugiens, in ignem incidiſti; negabas, aquas, & terram veras eſſe cauſſas effectrices viventium animarum; at quum patrocinium ab incly to Geneſeos Interpetre comparabas, confeſſus es, aquas, & terram conſtitutas fuiſſe cauſſas viventium animarum materiales. Demus id tibi ex materiali cauſſa, quinam effectus immaterialis obtinebitur?

Phil. Lynceo mihi es perſpicacior, Ariſtippe, & quanquam ſufficere mihi debuiſſet Critophilo demonſtraſſe, nullam per verba illa, *producant aquae reptile* &c., conceſſam a Deo fuiſſe aquis, & terrae virtutem viventium animarum effectricem, quam iſte ex recitatis verbis adſtruebat, te etiam nihilominus novum hoſtem propulſare aggrediar. Plurimos eſſe fateor Scriptores ſacros, qui docere videntur, bruta animalia ab aquis, & terra, tanquam ex materiali principio in prima conditione rerum prodiiſſe; ſed omnes, vel de productione beſtiarum, ſolo in ipſis corpore conſiderato, intelligendos exiſtimo, vel ſane non rigidiore ſcholarum ſenſu, ſed vulgari, & latiore. Aut, inquam,

ſo-

ſolo in beſtiis corpore conſiderato, qua ratione dicitur, (a) Deum formaſſe hominem de limo terrae; nullus enim eſt, quem lateat, hominem, adaequate conſideratum, rationalem etiam animam complecti, a qua ſolum, tanquam a propria, atque unica hominis forma, hominis denominatio derivari poteſt. Hinc eſt, ſacrum a me non ſemel laudatum Interpretem abſolute pronunciare, *denotant materiam, e qua poſtea per omnipotentem Dei vim facta ſunt animalia;* non dixit, factae ſunt animalium animae. Quod ſi conjicere licet ex ipſiſmet divinarum Litterarum vocibus, ſuffragium poſtulari poſſet; neque enim dixit Deus, producant aquae animam viventem reptilium; ſed reptile animae viventis; hoc eſt corpus, quod animae viventi conjunctum repat, ſecundum quem ſenſum ea pariter accipienda ſunt, quae verſ. 24. leguntur. Aut, quod veriſimilius forte eſt, ſenſu vulgari, & latiore, producta nimirum fuiſſe animalia ex terra, & ex aquis; hoc eſt, in terra, & in aquis, quod aqua ſit naturalis piſcium locus habitationis, generationis, & conſervationis, extra quem nec gigni, nec bene habere, nec naturales actiones ſuas exerce-

(a) Geneſ. cap. 2.

cere, nec vitam tueri queant; & terra ſit locus naturalis ejuſmodi animalibus, in quibus nimirum generantur, aluntur, & conſervantur, quemadmodum ex eodem clariſs. Interprete docemur, cui etiam concinit Cornelius ſuper ea verba: *Creavitque Deus cete grandia, & omnem animam viventem, atque motabilem*; *Quaſi dicat*, ſcribit Cornelius, *creavit Deus omne animal vivens in aquis*. Deus igitur in aqua creavit, in terra produxit, ut volunt nonnulli Hebraici ſermonis non ignari, non ex aquis, non ex terra, atque eapropter nec aqua, nec terra dici poterunt, ſecundum rigidiorem Scholarum loquendi modum, materiales cauſſae animarum viventium. Et ſane, ſi Deus ille eſt, qui creavit cete grandia, & omnem animam viventem, profecto animae brutorum viventes, ex nulla praeexiſtente materia prodierunt; definientibus ſiquidem Philoſophis, ſpeciatim Peripateticis, creatio eſt actio illa, qua aliquid producitur ex nihilo tum ſui, tum ſubjecti, ſcilicet materiae. Quae quum ita ſint, aqua, & terra nec cauſſae effectrices, nec cauſſae materiales viventium animarum, ſaltem ſecundum ſeveriora Philoſophorum dogmata, poterunt pronunciari.

Crit. Quamobrem (hoc etiam addere poteras conſectarium): Quamobrem dicendum erit, inepte locutum fuiſſe Sanctum Ambroſium, quum Davidem ita cum Deo diſſerentem propoſuit (a). *Beſtias non fecerunt manus tuae; ſed dixiſti, producant aquae reptilia animarum viventium, & produxit terra ſecundum genus quadrupedia, & reptilia, & beſtias terrae; me autem feciſti, me tuis manibus figuraſti: hoc eſt, non figuraſti beſtias manibus tuis, non reptilia, non volatilia; me autem fecerunt manus tuae.* Inepta ſimiliter docuiſſe Sanctum Auguſtinum, & Angelicum Doctorem; illum quidem.....

Phil. Plura ne dixeris, neque enim me fugiunt, quae ex Sancto Auguſtino (b), & ex Doctore Angelico (c) decerpſiſti. Abſit, ut haec conſectaria nec dormiendo quidem cogitaverim. Quemadmodum ſenſu non rigidiore Philoſophorum; ſed ad indoctae plebis captum accommodato, ſacri Eloquii ſententias accipiendas eſſe judicabam, eodem SS. etiam Patrum auctoritates reor eſſe intelligendas, quos ſane animo divinis libris non contrario, locutos fuiſſe credere debemus, poti-

(a) S. Ambroſ. Expoſit. in pſal. 118.
(b) S. Auguſt. lib. de Civ. Dei, 13. cap. 24.
(c) S. Thom. 1. part. quaeſt. 75. art. 6. ad 1.

ſſimum quum nos admoneat religioſus vir, genere quolibet eruditionis ornatiſſimus, Melchior Canus (a) : *Sancti Auctores non erant adeo ſoliciti in Philoſophiae dogmatis perſcrutandis, quin Philoſophorum libros, ut totos ſe ſe divinae Sapientiae dederent, aut valere ſinebant, aut etiam interdum a limine ſalutabant*. Quanquam vero quid de anima brutorum autumaverit Sanctus Auguſtinus, ſatis liquet ex iis, quae altera concertatione fuſius diſputavimus. Divum Thomam, fateor, Ariſtotelicis placitis addictiſſimum, quem propterea nec interpretari aggredior. Illud tamen non tacebo, Ambroſium, & Auguſtinum, non de beſtiarum animabus, ſed corporibus duntaxat ſermonem inſtituiſſe; Id in Ambroſio ſatis indicant tum verba illa, *producant aquae reptilia animarum viventium*; neque enim legimus, producant aquae animas viventes, tum quia facta nos inter, & beſtias comparatione dicit; divinis manibus nos fuiſſe configuratos, quum certe figuram ſuſcipere ſola poſſit corporalis ſubſtantia : *Quae enim talis animi figura intelligi poteſt?* ajebat Cicero b). Conſtat ſimiliter in Auguſtino ex verbis

(a) Can. loc. Theol. lib. 7. cap. 3.
(b) Cic. lib. Tuſc. quaeſt. 1. §. 25.

bis illis *Intelligimus ſpiritum vitae*, *&* *animam viventem*, *Scripturam ſuo modo dixiſſe*, *quum animalia*, *ideſt corpora animata*, *vellet intelligi*, *quibus ineſſet*, *per animam*, *perſpicuus iſte etiam corporis ſenſus*.

Ariſt. Aegre non feras, Critophile, ſi animum tibi meum ſincerius aperio. Mihi etiam primo intuitu graviſſimi ponderis viſum eſt momentum, quod ex diverſa beſtiarum, ac noſtrum productione in ſacris codicibus comparabas; ſed ea, quae longiore forſan, ac neceſſe erat, ſermone Philadelphus proſecutus eſt; ita me commovent, ut fateri compellar, non ita a me invictum ſentiri, ut optarem. Si quae alia igitur ſuppetunt tibi ex eodem fonte argumenta, divinos, precor, a me ſermones non abſcondas.

Crit. Non multum opus eſt, Deì teſtimonia perſcrutari. Vobis enim ſatis nota ſunt, quae loquitur David in pſalmis 31., & 38. *Nolite fieri ſicut equus*, *&* *mulus*, *quibus non eſt intellectus: Homo quum in honore eſſet*, *non intellexit*, *comparatus eſt jumentis inſipientibus*, *&* *ſimilis factus eſt illis*. Si Scriptura palam docet, brutis non ineſſe intellectum, quomodo dici poteſt ex ipſa probari in iiſdem animam ſpiritalem? (a)

H 2 *Phil.*

(a) Diſſer. con. an. ſpirit. brut. Dial. 3.

Phil. Sicuti peritiores Nautae ventis utuntur ſeptentrionalibus, ut his indigent, ad praemeditatum iter perſolvendum, ita Critophilus eum ſacrarum Litterarum ſenſum tuetur, quem melius in rem ſuam quadrare animadvertit. Quum *ſpiritus* vocabulum brutis etiam animalibus, in ſacris codicibus conceſſum a me proferebatur, nolebat eam vocem litterali ſenſu eſſe accipiendam: nunc vocem *intellectus*, quae pauculis in locis a Scriptoribus canonicis beſtiis negatur, non alterum vult pati ſenſum, niſi litteralem rigidiorem, adeout vocabulum *intellectus* in propoſitis teſtimoniis, non minorem intelligendi vim deſignet; ſed ipſam intelligendi facultatem, qua animalia bruta penitus deſtituantur. Ego autem opinor, non rigidiore litterali ſenſu *intellectus* vocem in recitatis textibus poſitam eſſe, nimirum pro ipſa facultate intelligendi; ſed pro uberiore illo lumine, quo perfunduntur humanae mentes, quove ita illuſtrantur, ut ea, quae divina ſunt, intelligant, probitatis leges aſſequantur, & vera a falſis, ab honeſtis turpia ſecernant. Neque putetis haec a me temere pronunciari, uſitatiſſimum ſiquidem eſſe novimus in divinis libris hunc dicendi modum. An non hoc ſenſu Davidem allocutus eſt Domi-

minus, quum dixit; *Intellectum tibi dabo*; *& inſtruam te in via hac, qua gradieris?* (a) An non conſimili ſenſu Deum precabatur Regius Pſaltes; *Da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua?* Forte ne intellectu, hoc eſt ipſa intelligendi facultate, carebat David, quum intellectum a Domino implorabat? Quis unquam id cogitaverit? Uberiorem certe lucem a Deo poſtulabat; quum enim mens ejus corporalium rerum imaginibus occupata, libere adeo divinorum mandatorum contemplationi vacare haud poſſet, & carcere corporis preſſa, ut loquitur Tertullianus, (b) libidinibus, & concupiſcentiis evigorata langueſceret, Deum idcirco enixe rogabat, ut lucem ſibi uberiorem impertiretur; quae perniciosas animae tenebras diſſolveret, Quapropter Graeci codices apud Sanctum Auguſtinum habent: *Da mihi ſanitatem*. Senſum haud ſane diverſum praeſeferunt verba alia ejuſdem Pſalmi (c); *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam;* utque alia omittam innumera teſtimonia divini ſermonis, in quibus vox *intellectus* adhibetur non pro intelligendi facultate, ſed pro lumine copioſiore, & ſublimiore cogni-

(a) Pſal. 31.
(b) Tertull. Apolog. cap. 27.
(c) Pſal. 118.

tionis, ea liceat poſtremo loco commemorare, quae Chriſtus Petro ſuboſcuram parabolae cujuſdam ſignificationem intelligere deſideranti, *ediſſere nobis parabolam iſtam*, ſtatim repoſuit; *Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? Non intelligitis, quia omne* &c. (a)

Hoc autem ſenſu, vocem *intellectus*, etiam in oppoſitis auctoriratibus excipiendam eſſe, rationes admodum veriſimiles perſuadent. Verbis ſiquidem ex verſu 9. recitatis: *Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus*, haec alia verſu 8. praemittuntur; *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos*. Quamobrem ratio multum probabilis nos movet, ut credamus, vocabulum *intellectus*, eodem ſenſu, verſu 9. poſitum fuiſſe, quem verſu 8. obtinebat. Sicuti igitur verſu 8. verbum *intellectus* pro majori cognitionis lumine accipiendum eſt, quod Deus Davidi promittebat, ut in via divinorum mandatorum facilius edoceretur; neque enim intelligendi facultate carebat Pſaltes; ita ſenſu non abſimili excipiendum eſt verſu 9., nimirum pro lumine iſto uberiore, quod ii reſpuunt, qui ne viam mandatorum Dei cur-

(a) Matt. 15. verſ. 16.

currant, & bene agant, nolunt intelligere. Et ſane quis dixerit; homines a ſemitis divinarum juſtificationum aberrantes, facultate intelligendi penitus expoliari? En propterea, quis eſſe debeat Davidici alterius teſtimonii ſenſus: *Homo quum iu bonore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Non intellexit: hoc eſt, noluit intelligere, ut bene ageret. At vero S. Auguſtinum audiamus (a): *Sunt autem aliae creaturae, quae non poſſunt fieri participes ſapientiae, ſicuti omnes beſtiae ......, Non ergo exigit Deus intellectum de equo, & mulo; ſed hominibus dicit: Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus. Quod equo natura eſt, homini crimen eſt. Hoc ergo dicit Deus: Non exigo participationem ſapientiae meae ab iis, quae non feci ad imaginem meam; ſed ubi feci, inde exigo, & uſum ejus rei poſtulo, quam donavi. Homines ergo reddentes Deo, quae Dei ſunt, reddentes Deo imaginem ſuam, erigunt ipſam mentem ſuam non ad ſe, ſed ad Artificem ſuum, & ad lumen, unde ſunt, & unde recedentes, contenebrantur.* Quid igitur nomine intellectus, quo caret equus, & mulus, intelligit Auguſtinus?

(a) S. Auguſt. conc. 4. Enarrat. in pſal. 103.

nus? Non aliud profecto, niſi participationem divinae Sapientiae, cujus beneficio probitatis leges nos aſſequimur; non aliud, niſi ſapientiam illam, in qua elucet divina imago, & ſimilitudo; non aliud, niſi lumen illud uberius, quo mens humana erigitur non ad ſe; ſed ad Artificem ſuum; quo quidem lumine, equus, & mulus naturali conditione deſtituuntur, crimine autem proprio orbantur homines. Auguſtino ſubſcribit Sanctus Bernardus (a). *Quid, quaeſo, dignum te judicabis, qui factus ad imaginem Factoris, tantae in te majeſtatis non defendis dignitatem; & tu homo quum eſſes, honorem tuum non intelligens, comparatus jumentis inſipientibus, & ſimilis factus es illis? Dum nil ſpirituale videlicet, aut aeternum elaboraveris; ſed inſtar belluini ſpiritus, qui ut a corpore* (hoc eſt a corporis conſortio pendens, ut exiſtat ob liberam divini Conditoris voluntatem) *ita cum corpore diſſolvitur, ſolis fueris contentus corporalibus, ac temporalibus bonis, Evangelici illius ſurdus auditor conſilii: Operamini non cibum, qui perit; ſed qui permanet in vitam aeternam.*

Verum ne quidpiam deſit, quod ad pleniorem hujus momenti, ſolutionem poſſet

(a) S. Bern. Epiſt. 104. ad Magiſ. Gual.

ſet deſiderari, ſilentio praetereundum non eſſe judico, ſacros Interpretes communiſſime ejuſmodi exhibere Davidici teſtimonii expoſitiones, quae nullum, mehercule, Critophilo praebent ſuffragium. *Secundum Gloſſam* (inquit Doctor Angelicus) (a): *equus eſt animal ſuperbum; mulus animal vere pigrum, unde non currit. Illi ſunt ergo ſicut equi, qui per ſuperbiam extolluntur; illi ſunt ſicut mulus, qui tarde ad viam Dei veniunt. Vel per mulum intelliguntur luxurioſi. Mulus luxurioſus eſt, tamen non generat; ſic peccata luxuriae infructuoſa ſunt*, Romanor. 6. *Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis. Peccatores omnes* (ait Alphonſus a Caſtro) (b); *praeſertim, qui carni ſuae ſerviunt, beſtiis comparantur, quoniam illae poſt concupiſcientias ſuas effraenatae, & impotentes currunt, eo quod ratione careant, qua ſe ipſas cobibere poſſint. Et homines voluptuoſi ſuae carnis motus cohibere neſciunt; ſed illam, quocunque concupiſcentia tulerit, omni repagulo ſublato, effrene currere ſinunt. Senſus eſt*, ſcribit Cardinalis Toletus, (c) *nolite dari paſſionibus, &*

(a) S. Thom. in pſal. 31.
(b) Alphonſ. a Caſt. homil. 9.
(c) Card. Tolet. Ser. 11. in pſal. 31.

& appetitibus carnis, & ſenſus, ſed ratione, & intellectu in iis, quae agitis; Non faciatis quod caro, & ſenſus appetit, non quo vos paſſio impellit; ſed quod intellectus, & ratio dictat. Qui illud facit, ſicut equus, & mulus eſt, qui ſimiliter fertur. Hactenus Emin. Toletus, qui quum erudite animadverterit, Hebraicum hujus pſalmi titulum hunc eſſe: *Le David Maſchil*, ideſt, intellectus David, haec propterea adjecit: *Conſentio, hunc pſalmum tractare de peccato commiſſo cum Berſabe contra Uriam, ſic ſumpta expoſitione ex ipſomet pſalmo, in quo dictum eſt peccatoribus, aut juſtis, ne ad peccatum declinent: Nolite fieri ſicut equus, & mulus, in quibus non eſt intellectus. Quum igitur aliquis peccat, aut in peccato eſt, dicitur eſſe ſine intellectu, quia imprudentiae, & ſtultitiae eſt peccare. Quando autem reſipiſcit, dicitur intellectum recipere. Quia igitur in hoc pſalmo, David ſui peccati meminit commiſſi, & qualiter divina gratia reſipuerit, & ad Deum ſit converſus, & conſequenter ex inſipientia, & ſtultitia, ad ſapientiae intellectum venerit; ob id titulus materiam pſalmi, virtute continens, eſt intellectus David, ideſt, agitur in hoc pſalmo de intellectu, & ſapientia data David, qua a pecca-*

to

to gravi, *quo in inſipientia*, *&* *ſtultitia detinebatur*, *reſipuit*, *&* *ad Deum converſus eſt*. Defectum idcirco intellectus pro voluntaria divinorum mandatorum ignoratione, uſurpavit Regius Pſaltes, quo ſenſu dicitur in Proverbiis (a): *Impius ignorat ſcientiam*, & apud Theologos vulgatum eſt proloquium; omnis peccans eſt ignorans.

Crit. Iiſdem e litteris Tragoedia, & Comoedia componitur, ut vetus erat proverbium. Si mihi eae adverſantur, quas congerebas, ſacrorum Interpretum ſententiae, aliae conſonant, quas tibi olim proponebam. Sed quoniam Scriptorem doctiſſimum Alphonſum de Caſtro in medium attuliſti, hujus propterea verba juvat hîc iterum recordari: *Sit autem haec Gnoſticorum ſententia*, *aut Manichaeorum*, *aut ſecus res ſe habeat*, *non multum curo*, *quum certum ſit*, *talem aſſertionem eſſe erroneam*, *&* *ſacris Litteris apertiſſime contrariam*. *Nolite*, *inquit Propheta*, *fieri ſicut equus*, *&* *mulus*, *quibus non eſt intellectus*: *Falſum eſt ergo*, *omnia bruta eſſe rationis capacia*; *&* *idem Propheta iterum ait*: *homo quum in honore eſſet non intellexit*, *comparatus eſt jumentis inſipien-*

(a) Proverb. cap. 29. verſ. 7.

pientibus, & ſimilis factus eſt illis. In quo autem ſimilis factus ſit, declaravit, quum dixit, eum non intellexiſſe; per hoc enim, quod non intellexit, aſſimilatus eſt jumentis, quoniam illa non intelligunt; ſiquidem bruta intelligunt, in quo, quaeſo, aſſimilatus eſt jumentis, quum honorem, in quo eum Deus conſtituit, non agnovit? Ex his ergo duobus Scripturae ſacrae teſtimoniis, apertiſſime convincimus, beſtias non eſſe rationis capaces. Haec Alphonſus, quae judicet Ariſtippus, utrum ſatis non ſint palmaria ad litteralis ſenſus confirmationem, atque ad Philadelphi opinionem radicitus evellendam.

Ariſt. Nil ſane poterat apertius recitari ad indicandum Davidicum teſtimonium omnem quamcunque intelligendi facultatem brutis animalibus adimere, immo ad immaterialem animam brutorum prorſus eliminandam.

Phil. Dicamus itaque, beſtias non cognoſcere, non cogitare (docente enim, ut vidimus, Sancto Bernardo, nulla omnino poteſt eſſe cogitatio ſine intellectu), beſtias rerum praeteritarum non recordari; Dicamus, iſtas nec imperfecto quovis modo ratiocinari; Dicamus contra expreſſam, & conceptiſſimam divini Eloquii propoſitionem, bruta anima-

lia

lia mera eſſe automata, quaecunque enim ſit cognitio, quaecunque ſit rerum reminiſcentia, & modus differendi, ſemper inter functiones intellectuales debent recenſeri. Quamobrem, ſi qui ſunt Interpretes ſacri, qui negant bruta intelligere, immo etiam ſi qui ſunt SS. Patres, qui id aſſeverant, ſicuti nec ullius rationis eſſe capacia, omnes exponamus oportet, ut non ipſam beſtiis negent intelligendi facultatem; ſed eam duntaxat uberiorem percipiendi vim, qua fit, ut intellectus creatus Deum, divinaque omnia, ac morum leges aſſequatur, quam certe, utpote humanae tantum mentis propriam, ſi quis belluis etiam concederet, erroneam proponeret ſententiam, & ſacris codicibus contrariam; ut ſimiliter non quanvis differendi facultatem brutis adimant; ſed illam ſolummodo, qua fit, ut humanae mentes optime cognoſcant intelligibilia ſenſibilibus rebus praeferenda eſſe, in qua proprius ejus rationis conceptus poſitus eſt, quam praedicant Dei teſtimonia, & SS. Patres rerum ſenſibilium deſideriis dominari oportere, & cujus fateamur, neceſſe eſt, beſtias non eſſe capaces.

Atque utinam, Critophile, non mutilum protuliſſes laudati Interpretis paragraphum: ſinas me illius exordium Ariſtippo na-

narrare. *De hac re, unam duntaxat reperio haereſim, eamque a ſolo Philaſtrio citatam, quae aſſerit, beſtias omnes rationis eſſe capaces, omniaque bruta animalia, aeque ut hominem, non ſolum ſentire, verum etiam intelligere. Hanc haereſim Philaſter tribuit Gnoſticis, & Manichaeis; Auguſtinus autem in lib. de haereſibus ad Quodvultdeum, de Gnoſticis, & Manichaeis quum diſſerit, nunquam hunc errorem illis impingit, nec Irenaeus multo vetuſtior Auguſtino, & Philaſtrio, lib. primo de haereſibus, cap. 34., recenſens Gnoſticorum errores, unquam hujus erroris meminit.* (a) Ita indicatum paragraphum exorditur Alphonſus. Mirum eſt equidem, & Auguſtinum, & Irenaeum Catalogum impiorum dogmatum, quae Gnoſtici, & Manichaei ſacrilege effutierunt, & inverecunde diſſeminaverunt, ex inſtituto texentes, errorem iſtum ſilentio praeteriiſſe. Sed omiſerunt fortaſſe, quia tam Auguſtinus, quam Irenaeus optime noverant, haereſim non ſapere opinionem illam, quae vim aliquam intelligendi beſtiis concedit, quam nec ſacrorum librorum oracula his negant, ut ſatis ex iis conſtat, quae altera concertatione diſſeruimus, quibus hoc al-

(a) Alphonſ. a Caſt. lib. 3. ver. beſt.

alterum addendum erit conceptiſſimum Jobi teſtimonium: (a) *Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? vel quis dedit Gallo intelligentiam?* Super quae verba Sanctus Hieronymus ſcribit: *Gallo etiam gallinaceo Deus hujuſmodi ſenſum dedit, ut emenſo noctis tempore, quaſi proximae lucis memor, eamdem mundo canens, annunciet revertentem.* Quod, ſi velimus, in hoc etiam Gnoſticos, & Manichaeos erraſſe; errarunt, quia in facultate intelligendi, pares hominibus beſtias fecerunt, idque nobis dilucide innoteſcit ex iis, quae nuper ex Alphonſo recitabam: *Omniaque bruta animalia, aeque ut hominem, non ſolum ſentire, verum etiam intelligere;* errarunt, quia in ratione, beſtias cum hominibus adaequata comparatione conferebant. *Eſt baereſis*, dicebat Philaſtrius, (b) *quae pecudes, & ſerpentes, & aves, rationabiles arbitratur eſſe, ut homines.*

Ariſt. Fateri nunc cogor, haud temere locutum fuiſſe recentem Scriptorem, quum haec protulit; *Profecto quum praeteritis temporibus, tum noſtris potiſſimum non defuere, nec deſunt homines, quibus familiare eſt profanas diſciplinas, atque ſententias ſaeculi, quaſi*

(a) Job. cap. 38. verſ. 36.
(b) Philaſ. lib. de haereſ. haereſ. 52.

quaſi verbis divinis infeſtas, atque contrarias inſectari, & proſcindere, internecino odio perpetuis clamoribus. Si quid novi Phyſica, aut aſtrorum Scientia, aut ars Medica, aut eruditio profana adfert: Iſtud hominum genus, mille pericula continuo timet ſanctiſſimae Religioni, & certis Fidei decretis. Soliciti ergo nullum non movent lapidem, quo Auctores novarum opinionum, licet nihil rei cum ſancta Religione habentium, infament, eorumque libros dilacerent, proſcribant, & ſupremis Eccleſiae Tribunalibus configendos exhibeant. Et eorum zelus utique laudandus, modo tamen ſit ſecundum ſcientiam, & cautis greſſibus procedat. Deplorandum enim eſt, ſi errores, ubi non erant, ſomniet; ſi illic pericula confingat, unde nihil mali effluere poteſt, & injuſtos, neque neceſſarios compedes injicere velit naturali humanarum mentium libertati. Et revera non animadvertunt interdum docti pariter, piique viri, ſe unius Ariſtotelis cauſſam agere, quum Religionis cauſſam tueri videntur. Peripatetica Philoſophia capti, atque diſtenti, quidquid ab iſta abhorret, continuo falſum ducunt. Tantum nempe amoris, & venerationis huic uni Scriptori, aliiſque antiquis Auctoribus praejudicata opinio comparavit, ut &c. (a) *Crit.*

(a) Lam. Prit. de Ingen. moder. lib. 1. cap. 21.

Crit. O noſtra mente ai così rapid' ali,
(a) *Per gir preſſo all' inganno, e nella via,*
Che porta al ver, l' ai così lente, e frali.

Non Peripatetica Philoſophia capti, atque diſtenti quidquid ab iſta abhorret, continuo falſum dicimus: Non unius Ariſtotelis cauſſam nos agimus, quum pronunciamus, parum divino Eloquio conſentaneam eorum Philoſophorum ſententiam, qui beſtiarum animam volunt ſubſtantiam immaterialem: Non amore, ac veneratione unius iſtius Philoſophi, aut vetuſtiorum Scriptorum, ejuſmodi placitum a Fidei principiis declinare contendimus; ſed validis rationibus innixi, cujuſmodi eae ſunt, quae ex Conciliorum ſanctionibus derivantur.

Phil. Audirem libenter has Conciliorum ſanctiones, in quibus tu adeo gloriaris, tibique adjuro, quod ſi vel ſacrae alicujus Synodi definitionem adinvenies, quae immaterialem animam brutorum proſcribat, abſque ulla cunctatione confitebor, ſtultam Deum feciſſe ſapientiam hujus mundi, quinimmo Philoſophos illos omnes, qui illi patrocinantur, primus ego deteſtabor.

(a) Rol. lib. 3. Eleg. 8.

Crit. Forte nimium te urgent momenta, quae ex Conciliis Lateranenſibus quarto, & quinto, contra immaterialem animam beſtiarum, Dialogo octavo promovebam; atque haec cauſſa eſt ob quam eorum facile oblitus es. Sed tibi obſecundabo, brevibuſque hic iterum proponam.

Phil. Ne credas, me illorum tam facile oblitum fuiſſe; ſed optabam, ut Ariſtippus noſter ea ex ore tuo intelligeret.

Ariſt. Ne, quaeſo, extra meſſem excurratis. De ſolis Divinarum Litterarum teſtimoniis hac die diſputandum erat. De his, ut conſtitueramus, ſatis a vobis actum eſt. Quantum ad Conciliorum doctrinam ſpectat, craſtina diſceptabitis. Interim valete.

Crit. Quanquam non eum praeſens diſputatio exitum obtinuerit, quem ſperabam, ne credas nihilominus Philadelphe, animo me penitus concidiſſe; enim vero:

Spes fovet, & melius cras fore ſemper ait. (a)

Opi-

(a) Tibul. lib. 2. Eleg. 6.

Opinio, quae immateriali brutorum animae patrocinatur, ſanae Fidei non conſona, aut periculoſa ex Conciliorum ſanctionibus, nequit comprobari.

DIALOGUS SEPTIMUS.

Ariſtippus, *Critophilus*, *Philadelphus*.

Ariſt. NUnquam tam deſiderati adfuiſtis mihi, ut hodie adeſtis, Domini mei: hodierni ſiquidem diſcriminis exitum vehementer optabam, quem ſi proſperum habebit Critophilus, immaterialem brutorum animam profundo ſilentio video ſepeliendam; ſi felicem habebit Philadelphus, ea libere adhuc per Scholas Philoſophorum poterit exſpatiari.

Crit. Congruum eſt propterea, ut genio tuo continuo indulgeamus. In hortum itaque concedamus: arridet nobis nubiloſus dies, ne ſolares radii hac hora intemperantiores nimium ſint nobis moleſti.

Phil. Vobis ſemper, ut noſtis, morem gerere conſuevi. Concedamus ergo:

Digitized by Google

Ben ſpeſſo nella fronte il cuor ſi legge ;

Dicebat Etruſcus Poëta (a); atque ita ex hilari, ſerenoque vultu, quo ad diſceptandum properat Critophilus, argumentari facile potes, Ariſtippe, quem iſte ſibi exitum polliceatur.

Crit. Mihi equidem feliciſſimum ſpero. Non haereticam ſane; ſed parum Conciliorum ſanctionibus conſentaneam opinionem de anima brutorum immateriali olim contendebam; atque ideo in Fide periculoſam merito pronunciari poſſe. *Periculoſam autem in Fide ſententiam voco, quae vel haereſibus anſam praebet, ut oriantur, vel obortis praeſidium, ut roborentur; hujus autem notae* [*modeſte dicam*] *umbra ſaltem inſici ſpiritualis brutorum animae theſim, videtur manifeſtum*. (b)

Ariſt. Optimam equidem legem propoſuiſti, dijudicandi periculoſam in Fide propoſitionem. Sed quam unquam praebet anſam haereſibus, ut oriantur, quod obortis praeſidium, & robur, placitum, quod immaterialem animum beſtiarum tuetur?

Crit. Periclitatur quammaxime Catholica veritas de animae humanae naturali immortalitate, deque aeterna ejuſdem duratione

(a) Petrar. par. 1. [illegible]n. 187.
[illegible] brut. ſpir. Dial. 8.

ne futura. Enimvero aut ſpirituales brutorum animae ponuntur natura ſua corruptibiles, & mortales, aut dicuntur immortales quidem; ſed in morte brutorum annihilandae a Deo? Si primum? Idem dici poterit de anima rationali hominis, nec vera hanc inter, & illas diſparitas invenietur; immo ſceleſti homines propria excaecati malitia (quos utinam in hoc ſaeculo difficile foret invenire!) hoc ſe argumento firmiſſimo, tanquam vallo, protegent. Anima brutorum eſt ſubſtantia ſpiritualis, habens eſſe, & operari ſpirituale, & tamen eſt ex natura ſua corruptibilis, & mortalis; ergo quamvis anima rationalis humana ſubſtantia ſit ſpiritualis &c., eſt tamen naturaliter corruptibilis, atque mortalis; ſicque ex illo antecedenti, per legitimam conſecutionem, veram eſſe oſtendent propoſitionem directe oppoſitam definitioni Eccleſiae, quae ita habet: (a) *Quum itaque diebus noſtris de natura, praeſertim animae rationalis . . . . ., quod mortalis ſit . . . . .; & nonnulli temere philoſophantes, ſecundum ſaltem Philoſophiam, verum id eſſe aſſeverent, damnamus, & reprobamus omnes aſſerentes, animam intellectivam mortalem eſſe* &c. Si

I 3 vero

(a) Concil. Lat. 5. Seſs. 8.

vero ſecundum reponatur, quis non videat, eandem in pluribus de anima rationali ſuboriri poſſe ſuſpicionem, maximeque proinde nutare honeſtae vitae baſim, nec parvum ſane Fidei noſtrae fundamentum? &c.

Phil. Nodum tandem mihi gordium propoſuiſti, ita ne? At ne putes ita difficilem ſolutu, ut novus Alexander ſit conquirendus. Nullum certe periculum eſt, ne Catholica veritas de animae humanae naturali immortalitate, deque aeterna ejus duratione futura, vel paullulum infirmetur. Hoc autem ut manifeſtius fiat, illud primo recogitandum eſt, mortem beſtiarum bifariam explicari a nobis poſſe, aut per diſſolutionem partium, qua ratione mortem Tullius definiebat: (a) *Eſt enim interitus quaſi diſceſſus, & ſecretio* (ab aliis legitur ſegregatio), *& diremptus earum partium, quae ante interitum junctione aliqua* (vinctione ſcribunt nonnulli) *tenebantur*, ita tamen ut partes ab invicem ſegregatae conſerventur; aut per interitum, ſive ut rigidioribus loquar Scholarum vocabulis, per annihilationem rei, qua fit, ut ſubſtantia, quae exſtabat, exiſtere penitus deſinat, quo pacto interire dicimus panis, & vini

(a) Cic. Tuſ. quaeſt. lib. 1. num. 29.

vini ſubſtantias, quum Sacroſanctum Euchariſtiae Sacramentum conficitur. Si mortem priori modo explicatam conſideremus, fateri utique compellor, immaterialem brutorum animam aequo modo dicendam eſſe natura ſua immortalem, ac eſt natura ſua immortalis anima hominis. Injuſte autem mihi ſuper hac re tragoediae excitarentur, quandoquidem hoc immortalitatis genere, primam, etiam quaecunque ſit, rerum corporearum materiem penes cujuslibet familiae Philoſophos donari, dubium non eſt, dum ſuapte natura, incorruptibilis praedicatur.

Animadvertamus tamen oportet, hoc genus immortalitatis ad vindicandam perpetuam animae rationalis conſervationem, minime ſufficere, niſi ea etiam ratione, immortalem comprobemus, qua fiat, ut haec neque per deſtructionem, ſive annihilationem ſit unquam defectura. Hoc autem pacto, natura ſua immortalem eſſe animam hominis, quis auſerit definire? Niſi ad Dei voluntatem confugiamus, a quo, tanquam a Supremo rerum omnium conditarum Domino, unice pendet creatae cujuslibet rei conſervatio, humanam mentem immortalem eſſe nunquam obtinebimus. Fidei quidem clariſſimo, certiſſimoque lumine nobis innoteſcit, hanc eſſe

 in

in Deo voluntatem, ut humanus animus aeternum ſit exſtiturus, definientibus Patribus laudatae Synodi Lateranenſis, contrariam Philoſophorum opinionem falſam eſſe omnino, iiſdemque decernentibus, omnes erroneae adhaerentes aſſertioni, tanquam haereticos vitandos eſſe, & puniendos: utrum vero rationibus, e naturalibus etiam principiis derivatis, divina hujuſmodi voluntas comprobari poſſit, Catholicos inter Philoſophos diſſidium eſſe, vos optime noſtis: aut enim ſermo eſt de momentis, quae ab extimis principiis deſumantur; aut de momentis, quae ab intima humanae mentis natura comparentur. Si de primis, conveniunt omnes, plurimas eſſe naturales, efficaciſſimas rationes, quas inter, ea potiſſimum promoveri ſolet, quae ex hominum conſenſione enaſcitur. *Illud unum*, inquit, Cicero (a) *priſcis erat inditum, neque exceſſu vitae ſic deleri hominem, ut funditus interiret*, qui propterea (b) concludit: *Quod ſi omnium conſenſus naturae vox eſt, omneſque, qui ubique ſunt, conſentiunt, eſſe aliquid, quod ad eos pertineat, qui vita ceſſerint? Nobis quoque idem exiſtimandum eſt*. Et merito *apud nos ſiquidem veritatis argumen-*

(a) Cic. lib. Tuſc. quaeſt. 1. §. 12. num. 27.
(b) Cic. ibid. §. 15. num. 15.

mentum eſt, aliquid omnibus videri, dicebat Seneca (a). At ſi de poſtremis diſſeramus, Philoſophos habemus ex Catholicorum numero non paucos, qui opinantur, hoc unum duntaxat ex intima rationalis animae natura conſequi nos poſſe contra Saducaeos, & Epicuraeos, animos noſtros, utpote qui ſubſtantia diſſimiles ſunt corporibus, haudquaquam interire debere, quum maechanica corporalium organorum ſtructura diſſolvitur, iidemque corporeo carcere liberantur, non tamen eoſdem eſſe perpetuo duraturos. Hoc ſentiunt cum Scoto e Scotiſtis plures; hoc ex inſtituto, lib. de immortalitate animae, declaravit Petrus Pomponatius, in quo probat, nullum proferri poſſe argumentum e naturalibus principiis comparatum, quod ſatis firmum ſit, & efficax; ſed ſolum e Fidei decretis conſtare, animum hominis naturaliter eſſe immortalem (b). Acerrimas, me non latet, ſibi quorundam Philoſophorum cenſuras excitaſſe Pomponatium; ſed quum hic controverſiae judicem virum ſanctiſſimum appellaverit Cardinalem Bembum, is re communicata cum Magiſtro Sacri Palatii, ab hoc certior factus ille eſt, Pomponatii libros de animae immortali-

(a) Senec. Epiſt. 117.
(b) Pompon. lib. de immortal. an.

talitate, nihil contra Fidem complecti. Hac de re legimus quidem in Catalogo librorum interdictorum, opus Pomponatii *de incantationibus*, non illud etiam *de animae immortalitate*. (a)

Nova fortaſſe videri poterunt, quae de Pomponatii opere modo dicebam, ſicuti revera nova viſa ſunt amico meo, viro ceteroquin eruditione clariſſimo, cum quo primum placuit mihi Dialogos iſtos conferre; ſed nullus erit admirationi locus, quotieſcunque, egregium opus Gallice ſcriptum: *Memoires pour ſervir à l' Hiſtoire des hommes illuſtres dans la Republique des Lettres*, ab eruditiſſimo Patre Joanne Petro Niceron Barnabita elucubratum, conſulere non recuſabitis, in cujus tomo vigeſimo quinto, pagina 329. Pomponatii integritatem, & ſanam Fidem doctiſſimus, & accuratiſſimus Scriptor vindicare aggreditur optimis rationibus, comparatis, tum ex ejuſdem Philoſophi libris, quum ex teſtimoniis hominum purioris doctrinae.

Et ſane nec naturali conſentaneum rationi mihi ſemper viſum eſt, ſicuti nec Eloquii divini teſtimoniis, nec Conciliorum, &

(a) Diction. Hiſt. par. Monſ. Lou. Morer.

& Patrum auctoritatibus, animam rationalem natura ſua aeternum eſſe duraturam. Naturalis ſiquidem ratio ſolum Deum eſſe ens ſuapte natura neceſſarium docet; quidquid vero extra Deum concipimus, ſubſtantias eſſe ſuapte natura contingentes, ac propterea nullam nos repugnantiam intelligimus, animae ſubſtantiam, e nihilo, Deo volente, excitatam, rurſus in nihilum, Deo ipſo diſponente, redigi. Prima ad Timotheum legimus (a): *Dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem*, nimirum ab intrinſeco, ut communiter explicatur. Quare etiam in ſexta Synodo Conſtantinopolitana, nimirum tertia celebrata, anno 680., mentes hominum, ſcribit Edmundus Purchotius, dicuntur non natura, ſed gratia Dei immortales; quia non a ſe ipſis, ſed a divina voluntate, & gratia immortalitatem conſequuntur (b). S. Hieronymus idcirco haec habet (c). *Quomodo ſolus Deus habere dicitur immortalitatem, quum & Angelos, & multas rationales fecerit creaturas, quibus dederit immortalitatem ..... Non quod & ceteri non ſint immortales ....*
Sed

(a) Apoſt. Paull. Epiſt. 1. ad Tim.
(b) Purchot. par. 2. Metaph. ſect. 3. cap. 3.
(c) S. Hier. Comment. in Epiſt. Paull. ad Tit.

Sed quod ille ſolus naturaliter ſit immortalis, ceteri vero immortalitatem ex largitionis illius dono conſequantur.

Aeternus vere eſt ſolus Deus omni Creator,
Vita in ſe vivens, permanet eſſe, quod eſt.
Hoc Pater, hoc verbum Patris, hoc eſt Spiritus almus,
Quorum natura eſt una eademque ſimul.
Nam quas ut voluit, rerum ſapientia fecit,
Multis vita quidem eſt praeſtita perpetua;
Sed quodcunque poteſt ſe ſe amplius, aut minus eſſe
Quodam fine ipſi, quod fuerat, moritur.
Sic nihil aeternum, quod commutabile factum eſt,
Quod cunctis supereſt, ſemper idem Deus eſt. (a)

Quamobrem ex rationalis animae natura nullum haurire nos poſſumus argumentum, quo ſatis convincamur, humanas mentes, a corpo-

(a) S. Proſp. Aquit. Epig. 3.

pore ſeparatas, aeternum eſſe futuras; atque ideo immortales; *quod enim divina vi, ſaltem poteſt in nihilum redigi; tum quod alieno beneficio ſempiternum eſt, hoc per ſe caducum, & mortale cenſetur*, inquit Dionyſius Petavius, ex mente Sanctorum Patrum. (o)

Quamquam vero (videas, quaeſo, Critophile, quantum Catholicis dogmatibus religioſo animo addictus ſim). Quamquam vero humanae mentis natura non ea ſit, ut eo immortalitatis genere immortalis comprobari poſſit, quod aeternam poſtulat durationem, quaſdam nihilominus in hac proprietates cognoſcimus, e quibus non obſcure argumentari poſſumus, divinam decreviſſe voluntatem, eandem perpetuo eſſe duraturam. Ac primum, vehemens quoddam in nobis perpetuae felicitatis deſiderium experimur, quod certe, ſicuti & alia cetera, quae in nobis ſunt, a Deo accepimus, & ſi cupiditatem humanae naturae inſitam excutiamus, comperiemus, talem nos beatitatem enixe optare, cui nihil prorſus deſit, & in qua nihil felicius cupere poſſimus, nihil inpoſterum timere injucundam. Summa haec eſt

(a) Petav. Theol. dogm. lib. 1. cap. 5. §. 9.

eſt votorum noſtrorum, ad quam tanto impetu ferimur, ad quam bona quaelibet, quae a benefico Numine accepimus, animos noſtros quotidie inflammant. Una voce, ait S. Auguſtinus: (a) Si homines interrogari poſſent, utrum beati eſſe vellent, ſine ulla dubitatione, velle reſponderent. At vero ſi Deus, diſſoluto corpore, humanas mentes interire permitteret, propriae bonitati congruenter non ageret, aeternae ſiquidem felicitatis avidos nos condidiſſet, ut nobis hanc perpetuo pernegando faceret miſeriores, hujuſque ſaeculi bona innumera, non benefaciendi, ſed irritandae potius cupiditatis noſtrae cauſſa contuliſſet, cui nulla poſtea ratione ſatiſfactum vellet; atque ita ageret nobiſcum, ut qui homini fame vehementer laboranti, cibum olfaciendum offerret, ut videret triſtiorem. Inania forent profecto vitae iſtius bona omnia, ſi iis tandem carendum nobis eſſet perpetuo, nobiſque in ſumma triſtitia moriendum propter aeternam rerum jucundiſſimarum, in quas valde rapiebamur, jacturam; *qui enim diffidit perpetuitati bonorum ſuorum, timeat neceſſe eſt, ne aliquando, amiſſis iſtis, ſit miſer* (b). En argumentum, quod Tullius

(a) S. Auguſt. lib. Conf. 10. cap. 20.
(b) Cic. lib. 2. de finib. num. 86.

lius maximum pronuntiat, naturam ſcilicet ipſam de immortalitate animorum tacitam judicare (a). Secundò, ſignatum eſt ſuper humanas mentes lumen divini vultus, cujus beneficio ea, quae honeſta ſunt, ab iis, quae ſunt turpia, ſecernimus, & intelligimus, praemium a Deo nos conſecuturos, quotieſcunque actus noſtros propoſitis honeſtatis legibus conformare ſtuduerimus, ſecus merito nos eſſe puniendos. Quum itaque videamus, multos praeſenti ſaeculo inſontes homines indigere, & opprimi aerumnis, improbos vero dominari, & deliciis affluere, profecto niſi de Optimo rerum Moderatore impie ſentire non vereamur; argumentari debemus, velle Deum poſt mortem corporis, humanos animos ſuperſtites manere, quibus perpetuam bonorum operum largiatur mercedem.

Grave aliter eſſet rebus hîc duris premi,
Niſi Summus olim verteret talos Deus.

Novimus tertio, mentem noſtram ſpiritum eſſe, ut loquitur Sanctus Bernardus, non mere ad uſus temporalium, & corporalium neceſſitatum; ſed ita ordinatum, ut per tempo-

(a) Cic. lib. 1. Tuſ. quaeſt. §. 14. num. 31.

poralia, & ſenſibilia, etiam ad ſpiritualia, & intelligibilia proficiendo pertingat, quae beatam faciunt creaturam ſpiritalem (a). Haec, porro & conſimilia argumenta, quae e connaturalibus rationalis animae proprietatibus hauriuntur, ſatis nobis perſuadent, nolle Deum humanos animos, ſtatim ac a corpore ſeparati ſint, perpetuo interituros.

Jam vero quanquam ex immateriali anima brutorum animalium conſectarium fiat, neque ipſam diſſolvi debere, quum ferinum corpus diſſolvitur, nullis tamen momentis, nec intimis, nec extimis, evinci poterit, eandem a corpore ſeparatam, aeternum extituram, licet hoc commentum ſtulte olim crederent **Caffri Orientalis** Aetiopiae populi, autumantes, beſtiis etiam peculiares inferos eſſe poſitos, in quod delirium nonnulli ex Rabinis conceſſerunt, & Secta quaedam apud Bengalos, quae brutorum animas eſſe immortales opinabatur, propterea quod ab uno in alterum corpus tranſmigrarent (b). Non extimis quum neque divinorum librorum Oracula, neque ſapientum virorum conſenſus, aeternae durationi animae brutorum immaterialis ſuffragentur. Non intimis, quum neque

(a) S. Ber. Serm. 5. in Cant.
(b) Boull. eſs. philoſ. ſur l'am. debêt. tom. 2. c. 13.

que id poſtulet creatae immaterialis ſubſtantiae conceptus, neque ullam nos in anima beſtiarum dignoſcamus proprietatem iis ſimilem, ex quibus nuper divinam voluntatem pro aeterna humanae mentis conſervatione comparabamus. Novimus etenim ex S. Bernardo, immaterialem brutorum animam ad uſus tantum temporalium, corporaliumque neceſſitatum eſſe deſtinatam; novimus a rebus ſenſibilibus duntaxat moveri, & ſpiritualia, & intelligibilia non attingere; novimus, nullam huic conceſſam eſſe Dei exſiſtentis notitiam, nec ullum lumen cognoſcendi regulas probitatis, adeoque nec mereri, aut demereri, hanc poſſe; aliaque novimus quamplurima beſtiis a Deo conceſſa non fuiſſe, e quibus argumentari verius debemus, divinam voluntatem, brutorum animas non perpetuo conſervaturam, quemadmodum ex Davidis teſtimonio non obſcure intelligimus: *Auferes ſpiritum eorum, & deficient*, en ſpiritus interitum, *& in pulverem ſuum revertentur*, en corporis diſſolutionem. (a)

Veneror propterea ſummopere doctrinam Angelici Scriptoris, qui ex teſtimonio Eccleſiaſtis, declarare contendit, ut Dialogo ſexto

 mihi

(a) Pſal. 103. verſ. 29.

mihi reponebas, aeternam creatarum ſubſtantiarum durationem. At ſcias, verba illa: *Didici, quod omnia opera, quae fecit Deus, perſeverant in perpetuum*, (a) haud ſatis videri mihi ad id probandum decretoria; nam primo, ſi laudatum teſtimonium, aeternam confirmaret rerum conditarum conſervationem, verbis ejuſdem capitis initio praemiſſis, opponeretur: *Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa*, ſuper quae haec habet Hugo Victorinus; *omnia tempus habent, ut nihil perpetuum, ſemperque permanens, inveniatur*. (b) Deinde, quia Eloquium Dei, communi ſacrorum Interpretum conſenſione, cum eodem Hugone, (c) explicari congruentius poteſt, aut myſtice de divinis judiciis, praeſertim praedeſtinationis electorum, & reprobationis impiorum, cui quidem myſticae interpretationi cohaerent multum tum verba, quae ſubduntur: *Non poſſumus eis quidquam addere, nec auferre, quae fecit Deus, ut timeatur*, quum verſio Chaldaea: *Scio in ſpiritu Prophetiae, quod omnia, quae fecit Deus in ſaeculo, ſive bonum, ſive malum, quidquid determinatum eſt ex ore ejus hoc erit in ſaecu-*

(a) Eccleſ. 3.
(b) Hug. Vict. hom. 13. in Eccleſ.
(c) Hug. Vict. homil. 17. in Eccleſ.

culum: neque eſt poteſtas viro, ut addat eis, nec habet poteſtatem minuendi: & in tempore, quo venit vindicta in ſaeculo, Deus fecit, ut timeant filii hominis a facie ejus; aut genuino ſenſu, *ut ſucceſſio individuorum, cujuſlibet ſpeciei, tam animalium, quam rerum, & actionum quarunlibet, ſit perpetua, jugiterque continuet, ſcilicet uſque ad conſummationem ſaeculi*, quemadmodum Hugoni ſubſcribens, fuſius exponit Cornelius a Lapide.

Quae quum ita ſint, bene videtis, Domini mei, opinionem, quae immaterialem eſſe animam beſtiarum proponit, ab iis ſolum, qui animum habuerint Ariſtotelicis placitis praeoccupatum, erroneam, aut in Fide periculoſam pronunciari poſſe. Enim vero aut ſermonem inſtituimus de eo genere immortalitatis, quo fiat, ut humana mens ex corporis interitu interire non debeat, ſed poſſit etiam a corpore ſejuncta conſervari; atque ita, eo quod immortalis hoc pacto natura ſua comprobetur anima beſtiarum, non infirmatur certe Catholicum de immortalitate animae rationalis dogma; aut de genere illo immortalitatis diſſerimus, quod ab Eccleſiae definitionibus potiſſimum intenditur, quo fiat, ut anima hominis non ſolum diſſolvi non debeat, quum a corporis

carcere liberatur, verumetiam perpetuo conſervari, & hoc ſenſu nec humana mens, nec anima brutorum animalium natura ſua immortalis demonſtrari poteſt; ſiquidem hoc genus immortalitatis ſoli Deo connaturaliter competit, a cujus libera voluntate pendet omnino aeterna creatorum ſpirituum conſervatio. Quanquam autem credendum ſit, Deum velle humanos ſpiritus aeternum eſſe, quoniam & ſacrarum Litterarum oracula, & Eccleſiae definitiones, & momenta etiam non levia certe, nec pauca, ab ipſis naturalibus rationalis animae proprietatibus derivata, id confirmant; oppoſitum tamen propter oppoſitas rationes de immateriali beſtiarum anima credendum eſt.

Crit. Si res ita habet, flocci faciendum erit inpoſterum argumentum, quod ab immateriali rationalis animae natura derivabant Sanctus Auguſtinus, & alii Patres, Philoſophi omnes, & viri ſapientes, quos inter Ciceronem habemus, *lib. Tuſc. quaeſt.* 1., ad vindicandam animi noſtri immortalitatem.

Phil. (a).... *Uno avulſo non deficit alter*
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.

Si

(a) Virgil. Aeneid. *6.*

Si hoc tibi darem conſectarium, via ne propterea occluderetur ad propugnandam naturalem humanae mentis immortalitatem? Apage ineptam conſecutionem. Illud nihilominus perpendamus oportet, quod ſi de illo genere immortalitatis dicamus, quod ſemper fuit contra Epicureos, & Saducaeos Philoſophorum praecipuus ſcopus, ad hoc ſtabiliendum, efficax adhuc, & opportunum erit laudatum momentum, ut ex iis liquet, quae mox diſſerebamus: Si vero de genere altero immortalitatis loquamur, quod perpetuam reſpicit durationem, ſcias, indicatam argumentandi rationem, ſemper fuiſſe inopportunam, niſi ea methodo proponeretur, qua uſus eſt S. Bernardus (a), qui ſcilicet, non ex mera ſpiritualis ſubſtantiae natura immortalem eſſe rationalem animam argumentatus eſt, ſed ex natura ſpiritus non mere ad uſus temporalium, & corporalium neceſſitatum; ſed ita ordinari, ut per temporalia, & ſenſibilia, etiam ad ſpiritualia, & intelligibilia proficiendo pertingat, quae beatam ſpiritalem faciunt creaturam. Quis enim dixerit, contrarium eſſe naturae ſubſtantiae ſpiritalis e nihilo excitatae, ut li-

(a) S. Bern. Serm. 5. in Cant., & Epiſt. 104.

bera Supremi Moderatoris voluntate in nihilum redigatur?

Ceterum nec negligendum exiſtimo indicatam argumentandi rationem, ſecundum Peripateticorum principia, levis admodum ponderis ſemper fuiſſe, ſi attentius introſpiciatur. Ne autem mihi haec proferenti ſuccenſeas, hominem, Critophile, diſciplina Epicuraeum in medium adducamus. Tuetur hic animae naturam corpoream eſſe.

(a) *Quapropter neque natali privata videtur*
Eſſe die natura animae, neque funeris expers.

Affirmas tu incorpoream; atque ad id declarandum aſſumis ſpiritales humanae mentis functiones, intelligendi, volendi, amandi, &c. Reponet is tamen, functiones hujuſmodi corpoream etiam naturam, qualis eſt penes Ariſtotelicos anima brutorum animalium exercere poſſe; ut revera beſtiae cognoſcunt, volunt, amant, &c., atque ideo quum ex hiſce functionibus incorporea probari nequeat natura rationalis animae, nullam (dicet Epicuraeus Philoſophus) potiorem rationem

(a) Lucret. lib. de rer. nat. 3.

nem innoteſcere, ob quam ad corporis mortem, mori pariter non debeat animus, iterumque affirmabit.

(a) *Quare etiam, atque etiam, nec originis
 eſſe putandum eſt
 Expertes animas, nec lethi lege ſolutas.*

Ariſt. Luculentius fortaſſe, ac nos optabamus diſſeruiſti Philadelphe mi. Unum nihilominus animo nunc meo occurrit, quod negotium certe aliquod mihi faceſſit. Dicebas nuperrime, animos hominum eo immortalitatis genere, quod aeternam poſtulat conſervationem, ſuapte natura immortales demonſtrari minime poſſe. Parum hoc viſum mihi eſt conſentaneum ei, quod Patres ejuſdem Lateranenſis quinti Concilii omnibus Philoſophis his verbis impoſuerunt: (b) *Inſuper omnibus & ſingulis Philoſophis in Univerſitatibus ſtudiorum generatim, & alibi publice legentibus diſtricte praecipiendo mandamus, ut quum Philoſophorum principia, aut Concluſiones, quibus a recta Fide deviare noſcuntur, Auditoribus ſuis legerint, ſeu explanaverint, quale hoc eſt de animae mortalita-*

(a) Lucr. lib. de rer. nat. 5.
(b) Concil. Lat. 5. Seſs. 8.

te .... teneantur eiſdem veritatem Religionis Chriſtianae omni conatu manifeſtam facere, & perſuadendo pro poſſe docere, ac omni ſtudio hujuſmodi Philoſopborum argumenta, quum omnino ſolubilia exiſtant, pro viribus excludere, atque reſolvere.

Phil. Religioſe credidiſſem praeceptum Lateranenſium Antiſtitum obſervare Philoſophos, quotieſcunque rationibus ab humanae mentis natura deſumptis demonſtraverint contra Epicuraeos, & Saducaeos, humanam mentem pereunte corpore haud neceſſario interire debere, ac ſtuduerint quaecunque adverſantium Infidelium momenta pro virili retundere: neque enim Conciliare decretum poſtulare videtur, ut illud etiam evincere conentur Catholici Doctores, animam rationalem ſuapte natura nunquam eſſe defecturam, quum naturalem habere hujus generis immortalitatem ſolius Dei privilegium eſſe conceptis verbis doceat Apoſtolus. Aliud praeterea eſt, Philoſophis in Univerſitatibus ſtudiorum mandare, ut omni conatu veritatem Religionis Chriſtianae de immortalitate animae manifeſtam facere ſtudeant ac pro viribus adverſantium Philoſophorum argumenta reſolvere, & excludere; aliud eſt definire, poſitivas rationes non deeſſe ab ipſa huma-

nae

nae mentis natura derivatas, quibus eandem nulli eſſe interitui obnoxiam comprobare poſſint Philoſophi. Hoc poſtremum ex Conciliari praecepto non conſequitur, imo ex ſilentio, quo Lateranenſes Antiſtites rationes quaſcunque naturales praetereunt, vel illam etiam negligunt communiſſimam, quam certe non ignorabant, hauſtam ex immateriali rationalis animae natura, non temere ſuſpicari poſſumus, ipſos etiam nullam ſatis opportunam, & efficacem reputaſſe; morem etenim novimus ſemper fuiſſe SS. Patrum in generalibus Synodis collectorum rationes non deſpiciendi, quum ſuppetunt, quibus ad rem aliquam percipiendam, aut clarius proponendam, & definiendam moventur.

Crit. Vulgatum eſt proloquium *multae manus onus levant*. Momento igitur, quod deducebam ex Lateranenſi quinto Concilio, illud alterum addamus, quod ex Lateranenſi quarta Synodo jamdudum comparabam.

Ariſt. Audirem ipſe etiam libenter momentum hoc alterum, remque faceres mihi gratiſſimam, ſi primum Conciliarem doctrinam proponeres, vim ſiquidem tuae argumentationis hinc melius intelligerem.

Crit. Tibi obtemperabo. Concilii Lateranenſis Antiſtites praeeunte Innocentio

ter-

tertio hanc Fidei formulam propoſuerunt (a) *Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quod unus ſolus eſt verus Deus, & unum univerſorum principium, Creator omnium inviſibilium, & viſibilium, Spiritualium, & Corporalium, qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis utranque de nibilo condidit Creaturam, Spiritualem, & Corporalem, Angelicam videlicet, & Mundanam, ac deinde humanam, quaſi communem ex Spiritu, & Corpore conſtitutam*. En tibi ſynodi decretum, ex quo brutorum animam immaterialem eſſe non poſſe ita argumentabar. Enim vero in Lateranenſi decreto ſola natura humana, quaſi ex Spiritu, & corpore conſtituta, proponitur: non ergo eſſe poteſt hujuſmodi natura beſtiarum, quae tamen ex Spiritu, & Corpore communis dicenda eſſet neceſſario, quotieſcunque iſtarum anima immaterialis ſubſtantia praedicaretur.

Ariſt. Gratulor tibi ſummopere, ſpinoſiorem ceteris te nunc difficultatem propoſuiſſe, quam ut fugiat, videre mihi videor Philadelphum huc, illucque vagari animo, inſtar illius hominis, quem hiſce carminibus deſcribebat Ferrarienſis Poëta:

(a) *Co-*

(a) Concil. Lat. 4. in Decr. fid. cap. 1.

(a) *Come animal ſelvatico ridotto*
Pur dianzi in gabbia, o in luogo chiuſo, e forte,
Corre di quà, e di là, corre di ſotto,
Corre di ſopra, e non trova le porte;
Così Gano vedendoſi condotto
Da' ſuoi nemici a manifeſta morte,
Cercava col penſier tutti li modi,
Che lo poteſſer trar fuor di tai nodi.

Phil. Ne verbis quaeſo me adeo prematis. Suſtinete me paullo fuſius dicentem, donec eruam de laqueo pedes meos. Operae tamen eſt pretium, ut nonnullos ego in anteceſſum. ponam certiſſimos canones, quos percipiendae Conciliorum doctrinae accomodatiſſimos eſſe, docuit me vir ſapientiſſimus Melchior Canus (b) Primus eſt: *Non ſtatim ſi quicquam juris canonici volumine continetur, Fidei dogma eſſe credendum, nam nonnulla habentur in Epiſtolis Decretalibus, quae fidei Catholicae decreta non ſunt*, in cujus rei exemplum proponit Canus Fidei decretum, de quo diſputamus. Secundus eſt: *Animadvertendum eſſe diligentius, & quae natura rerum ſit, de quibus judicium eſt, & quae verborum proprietas; neque enim omnia judicio-*

(a) Arioſ. Can. 3. aggiun. ſtan. 100.
(b) Can. Locor. Theol. lib. 4. de auctor. Concil.

ctiorum decreta eodem loco habenda ſunt, quoniam non omnia, quae aut juris, aut Conciliorum volumina continent, doctrinae Chriſtianae ſunt judicia. Tertius, ut alios mittam: *Quae in Conciliorum, vel Pontificum decretis, vel explicandi gratia inducuntur, vel ut objectioni reſpondeatur, vel etiam obiter, & in tranſcurſu, praeter inſtitutum praecipuum, de quo erat potiſſimum controverſia, ea non pertinent ad Fidem, hoc eſt non ſunt Catholicae Fidei judicia*.

His ita conſtitutis, perperam opinaremini, ſi ex iis me eſſe crederetis, quos commemorat Natalis Alexander, qui nimirum ab iſta Synodo Lateranenſi nihil ſancitum eſſe ſcribunt. Quanquam nihilominus ultro fatear Fidei definitionem aliquam laudatum decretum continere; non ea tamen omnia, quae illud complectitur, ad Fidei dogma aliquod pertinere credere debemus. Ut igitur aſſequamur, quae illa ſint, quae in propoſita Lateranenſi ſanctione Fidei doctrinam involvant, & quae non involvant, quinam fuerit praecipuus hujus Synodi ſcopus, obtineamus oportet. *Porro ad verba Concilii poteſt reſponderi*, ait Eſtius (a) *Patrum intentionem in*

(a) Eſt. in 2. diſt. 7. §. 4.

in eo decreto conſtituendo non fuiſſe, ut definirent, quaſdam eſſe creaturas mere ſpirituales, & omnino corporis expertes; ſed hoc tantum, Deum eſſe Auctorem, & Creatorem omnium, quae ſunt in univerſo, tam eorum, quae dicuntur corporalia, & viſibilia, quam eorum, quae ſpiritualia, & inviſibilia, ſive haec prorſus corpore careant, ſive alia generaliori ratione ſpiritualia, & inviſibilia dicantur. Haec autem declaratio probatur, quia videtur decretum illud factum contra haereſim Manichaeorum illo tempore non parum graſſantem, quae unum verum Deum negabat omnium auctorem (ſive potius Albigenſium, qui, ut animadvertit Tornellius (a) Eſtio ſubſcribens, hac in parte ſecuti Manichaeos, contendebant, Deum non eſſe rerum omnium principium; ſed quaſdam eſſe, corporales ſcilicet, a principio nequam, alias vero a bono principio, quod quidem Deum eſſe fatentur) *Eorum* (Patrum nimirum Lateranenſium) *intentio erat duntaxat*, inquit Silvius (b) *definire, quod Deus ſit Auctor, & Creator omnium rerum, tam earum, quae dicuntur corporales, tam illarum, quae dicuntur ſpirituales. Porro hoc non cenſetur a Conciliis definitum, quod in eis –*

(a) Tornell. de Angel. quaeſt. 2. art. 1. Concl. 2.
(b) Silv. 1. part. quaeſt. 51. art. 1.

Digitized by Google

eis dicitur non ex intentione definiendi, ſed magis, vel ſupponendo, vel obiter, vel quaſi per tranſennam aſſerendo. Hoc in Concilio Scribit Natalis Alexander (a) *Albigenſium haereſis damnata eſt cap. 1. quo Fidei dogmata ipſorum erroribus oppoſita ſtabilita ſunt. Contra illum a veteribus Manichaeis derivatum errorem, quo duo principia ſuprema rerum admittebant, aſſerit unum ſolum eſſe verum Deum, unum univerſorum principium, creatorum omnium inviſibilium, & viſibilium, ſpiritualium, & corporalium*. Docuit propterea Cajetanus: *Illa verba Decretalis interpretanda ſunt in ſenſu, in quo fiunt magis, quam in ſenſu, quem faciunt* (b). Nimirum ut exponit Sixtus Senenſis. *Oportet nos praedictam Synodicae Sanctionis ſententiam magis juxta Concilii intentionem, quam juxta ſenſum verborum interpretari* (c). Synodi autem non aliam fuiſſe intentionem, niſi ut Albigenſium delirium exſibilaretur, certiſſime tenendum eſt.

Demus enim, ea etiam, quae ad rerum creatarum originem, & naturam pertinentia in Conciliari Decreto proponuntur, Fi-

(a) Natal. Alex. Hiſt. Eccleſ. Saec. 13. Diſs. 1. art. 1.
(b) Cajet. in p. quaeſt. 61. art. 3.
(c) Sixt. Senen. lib. 5. Bibliot. Sanct. annot. 5.

Digitized by Google

Fidei doctrinam complecti, illum ſane contra Fidem errare dicere deberemus, qui Angelos ante Mundum corporeum creatos fuiſſe aſſeveraret. Quid tamen hac in re ſcribat Melchior Canus (a) audiamus: *At non eſt Fidei adverſum, Angelos ante Mundum corporeum creatos. Id enim aſſerunt Gregorius Nazianzenus in prima Oratione de natali Domini, Baſilius in examine congreſſ. 1., Damaſcenus lib. 2. cap. 3. Ambroſius in exam. lib. 1. cap. 5 Hieronymus in Commen. ſuper cap. 1. Epiſt. ad. Tit. Caſſianus collat. 8. cap. 7. Unde nec Auguſtinus lib. de Civit. Dei 11. cap. 32. nec D. Thomas 1. part. quaeſt. 61. art. 3. hanc opinionem Fidei eſſe contrariam putaverunt. At Concilium illud Lateranenſe Thomas viderat, imo in illud ipſum caput ediderat Commentaria &c.* Illum ſimiliter a ſana Catholicorum Fide aberrare merito pronunciaremus, qui Angelos, aut animam rationalem puros, putoſque Spiritus a materiali quolibet commercio ſecretos inficiaretur; communiſſimus eſt nihilominus omnium Theologorum conſenſus, quaeſtionem de immateriali Angelorum ſubſtantia ad Fidem ullo modo non pertinere, neque in Later. Concilio quid-

(a) Can. ſup. cit.

quidquam in hac re cenſeri poſſe definitum. Ita S. Thomas quaeſt. de malo, & quaeſt. de Daemon. art. 1. Cajetanus in 1. quaeſt. 61. art. 3. Eſtius in 2. diſt. 7. §. 4. Silvius in 1. quaeſt. 51. art. 1. Canus lib. 5. locor. Theol. de auctorit. Concilior. Suarius, Banneſius, Meratius, Salmanticenſes, aliique fere innumeri religioſi aeque, ac eruditi Scriptores ſentiunt. Quam ob cauſſam, recitato ſynodi Lateranenſis Decreto, ſubdit Sixtus Senenſis (a): *Hactenus Concilii verba, quorum occaſione cavendum eſt, ne temere quicqvam ſuper hac ſententia ſtatuamus, haereſeos inſimulantes quamplurimos illuſtres viros ejus aſſertores.* Nec diverſa eſt multorum Theologorum ſententia pro natura animae rationalis. *An vero illa verba* (Concilii Lateranenſis ſubaudiamus), *quo ad hanc partem, definitionem Fidei contineat, in praedicto loco de Angelis diſputavimus. Et licet demus, non continere propriam definitionem, quia non ex directa intentione ad illam veritatem definiendam dicta ſunt, nihilominus oſtendunt* &c. Scribit Suarius de ſubſtantia, & eſſentia animae rationalis diſſerens (b) Guillelmus Eſtius pluribus momentis ad Fidem non pertinere contendit, animam

(a) Six. Senen. Bibliot. Sanc. lib. 5. annot. 5.
(b) Suar. lib. de ſubſt. & eſſent. an. rat. cap. 9.

mam eſſe incorpoream, neque id in Lateranenſi Concilio fuiſſe ſancitum (a). Quicquid igitur ad earum rerum naturam ſpectat, quas Lateranenſe Decretum ab uno Deo optimo fuiſſe creatas ſtatuit, nullam iſtud Fidei doctrinam complecti abſque piaculo ſentire poſſumus.

Crit. Alucinaris multum, ſi quidpiam credis protuliſſe, quod me lateret. Noveram ego optime, praecipuum Patrum Lateranenſium in Fidei decreto inſtitutum; noveram Fidei definitionem haberi illud haud poſſe, quod de natura conditarum rerum in eodem proponitur; & idcirco, quia id ſatis noveram, nunquam ego immaterialis animae brutorum patronos de haereſi criminari auſus ſum; ſed temperatius proferebam duntaxat, iſtorum opinionem periculoſam eſſe, aut ſaltem Fidei principiis parum conſonam. Qua de re ignorare ſane non deberes, Doctores, quos nuper celebrabas, Philoſophos admonere, temeritatis notam fugere eos non poſſe, qui modo aut Angelos, aut animam rationalem, ſubſtantias non eſſe penitus incorporeas, tuerentur.

L *Phil.*

(a) Eſt. in 2. Sent. diſt. 17. §. 6.

Digitized by Google

Phil. Abſit, ut ego te ita ineruditum, & in Conciliorum doctrina peregrinum, & novum judicaverim; ſed quoniam illud, quo utebaris, argumentationis genus contendere mihi videbatur, indirecte, ſaltem, & negative definitum fuiſſe, beſtiarum animam non eſſe incorpoream; ideo ab expoſita reſponſionis methodo me cohibere haud potui. Temere autem eos modo acturos non inficior, qui ſpirituales ſubſtantias non eſſe Angelos, aut animas hominum, propugnarent: at non ita temeritatis incuſare illos poſſumus, qui immaterialem eſſe brutorum etiam animalium animam, vindicant; qui enim Angelos, aut humanas mentes incorporeas eſſe, negarent, eſto non contra Catholicae Fidei definitionem loquerentur, contra expreſſam tamen Conciliarium Antiſtitum doctrinam dicerent; verum non ita contra expreſſam eorundem doctrinam philoſophantur, qui belluarum animam incorpoream ſubſtantiam putant, quum nihil pro iſtis de natura animae, in Lateranenſi decreto legamus expreſſum cujus rei ſilentium nobis potius conjiciendi fundamentum ſuppeditat, Patres in Lateranenſi Synodo congregatos, liberam de anima brutorum diſputandi facultatem Philoſophis permittere voluiſſe. Et

ſane

ſane quis unquam temerarium pronunciaverit philoſophicum illud placitum, quod ſi ſpectemus divinum teſtimonium, eidem verius conſentit, quam adverſetur; Si Sanctorum Patrum momenta, in his patrocinium comperit; Si Conciliorum definitiones, neque indirecte proſcriptum legitur; Si vero naturale lumen ſuper nos a Deo ipſo ſignatum, luculentiſſimum in hoc ſuffragium nanciſcitur.

Crit. Forte ne ſatis expreſſa non eſt Lateranenſium Antiſtitum doctrina, ad expungendam penitus animam belluarum immaterialem?

Phil. Quînam, medius fidius, dici poterit, expreſſa ea doctrina, de qua in Lateranenſi decreto ne verbum quidem occurrit?

Crit. Satis expreſſam nihilominus pronunciabam, nec incaute. Lateranenſes etenim Patres, univerſam creatarum rerum congeriem, in duas veluti ſupremas claſſes diſtribuentes, ſpiritalium ſcilicet, & corporalium; atque unicam humanam creaturam ab his excipientes, ſatis expreſſe indicarunt, belluinam creaturam ex ſpiritu, & corpore, ut eſt humana, non eſſe communem.

Phil. Facile affirmas, Conciliare decretum, ſolam humanam creaturam in tertia conditarum rerum claſſe, earum nimirum,

 quae

quae ex corpore, & ſpiritu communionem praeſeferunt, complecti voluiſſe; veruntamen non ita certum id credas, ut imaginaris. Ut ſeriem univerſam rerum ab uno omnium principio creatarum brevibus comprehenderent Patres Lateranenſis Concilii, tres claſſes definierunt naturae, ſcilicet ſpiritalis, corporalis, & communis ex ſpiritu, & corpore. Quemadmodum igitur perperam ille argumentaretur (ita forſitan differere poſſem, ſi cavillari vellem), qui diceret, rationalem animam non eſſe ſubſtantiam ſpiritalem, quoniam ſub claſſe creaturae ſpiritalis, ſolam Angelicam creaturam expreſſis verbis conſtituerunt Antiſtites Lateranenſes, quum ſpiritualem creaturam iis vocibus explicarunt, ſcilicet *Angelicam*: ita haud evidenti ſatis ratiocinatione illum differere pronunciare poſſemus, qui proferret expreſſe proſcriptam in laudato Fidei decreto animam brutorum immaterialem, propterea quod ejuſdem decreti Auctores in claſſe creaturae ex ſpiritu, & corpore communis, ſolam humanam expreſſis verbis collocarunt. Solam itaque humanam creaturam, quaſi communem ex ſpiritu, & corpore, expreſſe propoſuerunt, aut quia ſatis ipſis fuit ſpeciem creaturae ex ſpiritu, & corpore communem, praeſtantioris, & nobilio-

lioris conditionis indicare; ſicuti quum dixerunt *ſpiritalem*, ſcilicet *Angelicam;* aut quia eam ſolam creaturam ex ſpiritu, & corpore, communem expreſſe deſignare iis placuit, de qua praecipua erat in Scholis Philoſophorum controverſia; ex quo tamen aperte non conſequitur, eos ab hac tertia ſpecie, beſtiarum naturam excipere voluiſſe. Enimvero ſi canones juris conſulamus, ab his diſcimus primo, quod niſi expreſſa ſit exceptio, temere excipitur: *Exceptio obſcura pro nulla habetur* (a), & ideo ſubdit Baldus (b), *illa verba, quibus utuntur Advocati, dicendo: ultimo talis opponit, omnes alias exceptiones ſibi competentes non relevant, quia exceptio non appoſita in ſpecie, ratione incertitudinis, eſt nulla.* Secundo, in jure habemus *quod exceptio debet contrariari directe intentioni agentis.* Directa porro Lateranenſium Patrum intentio, quum Fidei decretum ſancierunt, unica haec erat, ut Deus ſolus contra Albigenſium errorem, unum univerſorum principium vindicaretur, non certe, ut quidquam de rerum creatarum natura ſtabiliretur. Tertio, juris legibus edocemur: *Extentionem bonam eſſe & li-*

(a) Leg. Tit. tex. 1. §. de Legat. 1.
(b) Bald. Infort. ad lib. 30. digeſt. Tit. 1. de Legat.

citam, *ubi eſt eadem ratio*. (a) Quum itaque quantum naturali lumine obtinere poſſumus, eadem ſit ratio pro natura brutorum animalium, ſpeciem idcirco creaturae ex ſpiritu, & corpore communis, donec quidpiam in oppoſitum ab Eccleſia expreſſe non proponatur, ad naturam etiam irrationalium animalium, abſque nota temeritatis poſſumus extendere.

Quamobrem *aliud eſt* (utor nunc doctrina tua, Critophile, ea nimirum, quam promovebas (b), ut vim illuderes meae illius inſtantiae, qua tibi demonſtrabam, expunctas propterea dici poſſe in Lateranenſi decreto ſubſtantiales Ariſtotelicorum formas, utpote quae nec corpus ſunt, nec ſpiritus, nec quicquam ex ſpiritu, & corpore commune; atque ideo ad nullam ex indicatis Conciliari ſanctione rerum creatarum ſpeciebus pertinere poſſunt): *Aliud eſt*, *Concilium immaterialem animam brutorum poſitive non adſtruere; aliud*, *quod eandem poſitive reiiciat*. *Primum concedo; ſed nihil inde ad intentum tuum* (tua haec ipſa ſunt verba). *Secundum quod velles*, *prorſus inficior*, *nec unquam valebis oſtendere*. *Inſuper* (tua ſimiliter haec ſunt

(a) Rip. ex Bart. Comment. in jus canon. pag. 79.
(b) Dial. 8. Diſs. con. an. ſpir. brutor.

ſunt), *quum creaturam ſpiritalem explicat Synodus per* Tò *Angelicam, non eam explicat in ſenſu excluſivo, vel alterius ſpiritualis ſubſtantiae, qualis eſt anima hominis, vel alterius creaturae ſpiritualis, quae non ſit ſpiritus, licet enim poſitive non adſtruat, non denegat certe accidentia ſpiritalia.* Quum creaturam (dicam ego aequo jure) ex corpore, & ſpiritu communem, ſolam deſignat humanam, hanc non deſignat Concilium ſenſu excluſivo alterius creaturae ex ſpiritu, & corpore communis, qualia ſunt bruta animalia; licet enim poſitive non adſtruat, non denegat certe immaterialem animam beſtiarum, quam non deſpicienda confirmant argumenta.

Ariſt. Ita eſt, Critophile mi, ſaepe noſtris ipſorum alis capimur. Adeo ne tibi adhuc periculoſa, & Fidei principiis parum conſona videtur anima brutorum immaterialis?

Crit. Id unquam diffitebor. Ipſa enim opinionis novitas, non leve nobis argumentum eſſe debet ejuſdem cum errore aliquo affinitatis: Opportune ſiquidem admonet nos Sanctus Bernardus, quod *novitas ſemper ſuſpecta eſt, mater temeritatis, ſoror ſuperſtitionis, filia levitatis.* (a)

(a) S. Bernar. Epiſt. 174.

Ariſt. Nova haec eſt, ad quam contra inſtituti rationem inconſiderate declinas, diſputationis materies, quam in diem craſtinam reſervabimus. Vos tamen ſolito breviores optarem, ut familiari antecaenio locus ſit, quod vobis pro diſputationum complemento, ac diſſidentium animorum reconciliatione parare conſtitui.

Phil. Facile obtemperabimus. Vale interim & cura potiſſimum, ut potus fiat nive nobis jucundior.

San-

Sanctus Bernardus, Sermone quinto *in Cantica*, revera opinatus eſt, animam brutorum eſſe immaterialem.

DIALOGUS OCTAVUS.

Philadelphus, *Ariſtippus*, *Critophilus*.

Phil. NE locus deeſſet antecaenio, quo te nos hodie comiter recreaturum ſpopondiſti, prandium breve mihi admodum, & parcum fuit.

Ariſt. Falleris, Philadelphe, ſi non familiarem, ut amicos decet, & frugalem, ſed ſplendidam menſam expectas, & affluentem. En brevi vobis dicam, quae coquo mandavi, ne deſint. Acetaria volui apuis, cappariqu e exornata, ſub quibus ſalar optimus, ſeu recentiſſima tructula deliteſcat. Pernam habebitis bononienſem lectiſſimam. Aderunt coturnices bene aſſae, & conditae gratiſſimo embrammite. Fraga non deerunt ex majoribus, & ſapidioribus, quantum quiſque optabit, ceraſa dabo, quae hortulus hic meus ſuppeditat ſuaviſſima, caſeum lacrymantem,

dul-

dulcia demum multifariam confecta. Haec familiaribus viris ſufficere exiſtimavi.

Crit. Nec plura apponenda ſunt nobis. Aggrediamur propterea ſtatim litterariam exercitationem, ne fiat ut temporum anguſtiis premamur. Dicebam heri, ipſam opinionis novitatem erroris ſuſpicionem aliquam Catholicis auribus ingerere poſſe; ſanctiſſimo ſiquidem viro Bernardo admonente: *Novitas ſemper ſuſpecta eſt, mater temeritatis, ſoror ſuperſtitionis, filia levitatis.*

Ariſt. Bene recordor, te poſtremum hoc periculi argumentum Philadelpho repoſuiſſe, quem deprecatus ſum ſolutionem differre. Nunc modo audiamus, quam reſponſionem adhibeat.

Phil. Non ei ſane, quam cupitis, brevitati conſulerem, ſi omnia, quae mihi hac in re cogitanti obveniunt, vobis producerem. Dicam eapropter ſummatim. Conſueta haec ſunt Ariſtotelicorum terriculamenta, quae tamen facile evaneſcunt. Quae non protulerunt illi contra novas Philoſophorum ſententias, contra Euchariſticas ſpecies recentiorum Scriptorum, contra occaſionales duntaxat, & inſtrumentales cauſſas motus localis? Quae non congerunt ipſi contra eos omnes, qui ſubſtantiales formas impugnant, naturam corporis

poris in actuali ſolida extenſione conſtituunt, aliaque his ſimilia tuentur? Quanquam, vero quis nunc audet virorum cordatiorum hujuſmodi ſententias, aut temerarias, aut erroneas incuſare? Si quidquid novum eſt, & inauditum in Scholis Philoſophorum, ſubito tanquam in Fide periculoſum timere debemus, & negligere, nobis inpoſterum more pecudum ſemper erit philoſophandum, quam Philoſophiae rationem is tantum amplexabitur,

(a) ...... *Qui virtutem aeſtimat annis,*
Miraturque nihil, niſi quod Libitina ſacravit.

Quem enim ſapientum virorum latet, quanta ea ſint, & quantum accommodata, quae contra ſeveriores hoſce vetuſtatis amatores ſcribunt, Lactantius, Plinius junior, Horatius, aliique, quorum ſupervacaneum eſſet teſtimonia recordari? *Meum ſemper judicium fuit*, ajebat Tullius, (b) *omnia noſtros, aut inveniſſe per ſe ſapientius, quam Graecos, aut accepta ab illis feciſſe meliora:* etſi id Ciceroni crimen non fuit de Philoſophis aetatis ſuae pronunciare; ita ne deſpicienda erunt (cum Plinio loquor) noſtrorum temporum ingenia

(a) Horat. Epiſt. 1. lib. 2.
(b) Cic. Tuſc. quaeſt. 1. §. 2.

nia, quaſi laſſa, & effoeta natura, nihil jam laudabile pariat? Novitatem porro, quam ſuſpicionis, temeritatis, & ſuperſtitionis, criminatur Sanctus Bernardus, ſolam eam, quae contra Eccleſiae ritum praeſumitur, clare ex ipſo Doctore ſanctiſſimo intelligimus: *Alioquin nulla ei ratione placebit contra Eccleſiae ritum praeſumpta novitas*. Haec Bernardus, laudata Epiſtola, in qua ſermonem habet ad Canonicos Lugdunenſes de conceptione Sanctae Mariae.

Quoniam vero de S. Bernardo verba a nobis facta ſunt, locus nunc opportunus mihi referatur genuinam mentem Sancti Doctoris vindicandi, quem Critophilus non interpretari tantum, ſed in rem ſuam detorquere perperam conabatur; ita fiet, ut ab omni etiam novitatis criminatione, ea, quae mihi arridet opinio, defendatur. *Sententias interpretari perfacile eſt*, inquit Cicero (a). Illa tamen interpretatio, quae expreſſo Scriptoris animo adverſatur, quam fidem unquam penes eruditos viros poterit obtinere? Mentem vero Sancti Bernardi in laudato ſuper Cantica ſermone, hanc eſſe, ut brutorum anima vera ſit immaterialis ſubſtantia, ii ſolum

(a) Cic. lib. de legib. 2.

lum vocare in dubium poterunt, qui vel nunquam Sermonem iſtum viderint, aut ſi viderint, caecutire nihilominus malunt contra lucem, Sole meridiano clariorem.

Ceteros inter canones, qui ad comparandam genuinam Scriptoris alicujus mentem, a viris ſapientibus praeſcribi ſolent, unum in praeſentia ſeligo, quem apud Sanctum Eulogium Alexandrinum nactus ſum: (a) *Scripta dijudicare non oportere ex parte, neque fragmenta quaedam ſumendo ex his detorta de Scriptoris mente judicium ferendum.* Jam vero ſi univerſum Sancti Bernardi Sermonem iterum, atque iterum perlegamus, compertiſſimum nobis fiet, ejus hunc fuiſſe opinionis, ut anima brutorum inter veras ſubſtantias immateriales connumeranda ſit: atque id potiſſimum, ſi ad eam ejuſdem Sancti Doctoris, in hac opinione, conſtantiam, animum convertamus, quae ex data etiam ad Magiſtrum Gualterum de Calvomonte Epiſtola, nobis haud obſcure innoteſcit. (b) *Si tamen inveniaris nihil egiſſe amplius de immortali, & rationali ſpiritu tuo, quam quodvis pecus de ſuo: quum brutus*

(a) Eulog. Alex. lib. contra Sever., & Tim. col. 225.

(b) Epiſt. 104. ad Magiſt. Gualt.

tus utique ſpiritus non vivat, niſi quandiu vivificat, & uno, eodemque momento, & vivificare pariter deſinat, & vivere. Unde enim Scriptoris animus innoteſcere clarius nobis poteſt, quam ex operis titulo? At quis eſt titulus Sermonis, de quo diſſerimus? *De quatuor generibus ſpirituum, videlicet Dei, Angeli, hominis, & pecoris.* Quod Sermonis exordium; *Quatuor ſpirituum genera nota ſunt vobis, pecoris, noſter, Angelicus, & qui condidit iſtos.* In Sermonis autem progreſſu, centies brutorum animam ſpiritum appellat Sanctus Bernardus; atque ad alios creatos ſpiritus comparat, Angelos nimirum, & humanas mentes; immo docet, hominis ſpiritum, medium, ſupremum inter, & infimum ſpiritum creatum, occupare locum, Angelicum ſcilicet, qui ſupremus eſt creatus ſpiritus, & brutum, qui eſt infimus. Inepte equidem loqueretur Sanctus Doctor, ſi ſpiritus infimus verus non eſſet ſpiritus, ut eſt ſupremus, & medius. Varia rurſus ſtudet indicare diſcrmina inter ſpiritum Angeli, & ſpiritum hominis; inter iſtos, & ſpiritum pecoris. Plura ne igitur optari poterunt, ut certiores efficiamur, revera Sanctum Bernardum autumaſſe, brutorum animam veram eſſe ſubſtantiam immaterialem?

Crit.

Crit. Non multum ſane movere te debuiſſet haec Bernardi doctrina, qui non ignoras, quae S. Doctor ſcribat de lotione pedum Sermone in Coena Domini, qui de Baptiſmo & Sacramento Altaris, atque pedum ablutione inſcribitur. Primo ſiquidem, in hoc Sermone comparat lotionem pedum cum Baptiſmo, & Euchariſtia, quae vera ſunt Sacramenta, & aſſerit, haec omnia inſtituta eſſe, ut viſibili ſigno nobis detur inviſibilis gratia; Secundo, affirmat, ablutionem pedum eſſe Sacramentum remiſſionis quotidianorum delictorum; Tertio, Chriſtum laviſſe diſcipulorum pedes non tantum, ut praeberet exemplum, verum etiam Sacramentum; Quarto, latere in lotione pedum, myſterium ſaluti neceſſarium; Quinto, ad diluenda peccata, quae fragilitate magis, & inconſiderantia, quam conſulto, & malitioſe patramus, hanc lotionem fuiſſe inſtitutam. Quis nihilominus dixerit, Sanctum Bernardum lotionem pedum, veris novae legis Sacramentis accenſere voluiſſe? Quanvis ergo ſermone quinto in Cantica, brutorum animam ſpiritum dicat, eandemque cum aliis veris ſpiritibus conferat, apage tamen, ut opinemur, Sanctum Eccleſiae Doctorem revera exiſtimaſſe

bru-

brutorum animam veram eſſe ſubſtantiam immaterialem.

Phil. Miror te virum certe ſapientiſſimum, futilem hanc mihi inſtantiam repoſuiſſe. Quis Theologorum non videt, aperte ſatis ex ejuſdem Sermonis contextu comparari poſſe, non hanc Sancto Doctori mentem fuiſſe, ut lotio pedum verum novae legis Sacramentum habeatur, ſicuti verum eſt Sacramentum Euchariſtia, & Baptiſmus? Quis non videt, Sanctum Bernardum de pedum lotione differentem Sacramenti nomen latiori ſenſu uſurpaſſe, pro ſigno nimirum rei ſacrae, non pro ſigno etiam gratiam conferente? Quis non videt, ſacrum Scriptorem ſatis indicaſſe eodem Sermone, venialium delictorum remiſſionem diverſo modo per lotionem pedum nobis praeſtari, ac ea per Baptiſmum, & Euchariſtiam praeſtetur? Per Baptiſmum enim, & Euchariſtiam, quia vera ſunt Sacramenta, docet tribuendo peccatorum remiſſionem revera concedi; per pedum autem lotionem, quae verum Sacramentum non eſt, ſolum ſignificando donari; ideoque non dicit Sanctus Bernardus, ignoſcet facile Deus quotidiana delicta ſi nos lavabimus pedes; ſed dicit, ignoſcet facile, & libenter, ſi tantummodo nos cognoſcamus,

nem-

nempe ſi veniales culpas fateri non recuſabimus; Non dicit, voluiſſe Chriſtum, ut quotidie pedes noſtri ſenſibili lotione detergerentur, ſed ait, Chriſtum voluiſſe, ut Deum quotidie, pro venialibus peccatis deprecemur. Sed rem profectò tibi facerem nimis injurioſam, ſi plura proſequerer; novi etenim, Theologum te eſſe erudititiſſimum, atque in Sanctorum Patrum operibus verſatiſſimum. Quanquam vero licet in eodem Sermone de Coena Domini, non indicaret Sanctus Bernardus, ſe lotionem pedum, latiori tantum vocabulò Sacramentum dixiſſe, hanc tamen Sancto Doctori mentem fuiſſe certiſſime tenendum eſſet, quoniam hac in re, quae ad Fidem pertinet, expreſſam habemus Eccleſiae Catholicae doctrinam, quae omnia novae legis Sacramenta ſeptenario numero concludit; at expreſſam non habemus ſimiliter Catholicae Eccleſiae doctrinam pro anima brutorum animalium; ut ſatis me declaraſſe exiſtimo. Quamobrem nulla nos cogit in hac controverſia, quae naturalis Philoſophiae limites non praetergreditur, efficax ratio, ut mentem S. Bernardi aliter, ac verba ejuſdem ſonant conceptiſſima, intelligamus.

Crit. Futilis ergo non erit inſtantia, quotieſcunque ex Bernardi doctrina, eodem

Sermone quinto propoſita, in cognitionem facile venire poſſimus, ſpiritus vocem, ſecum dum latiorem, non rigidiorem ſignificationem, ipſum uſurpaſſe, quum de pecude ſermonem habuit. Rem porro eſſe hujuſmodi, quis ambigat? Sentit Sanctus Bernardus (a) *Spiritum pecoris talem eſſe, ut ſine corpore nullimode ſubſiſtere poſſit, quin etiam illum naturaliter deſinere, quum moritur pecus; docet, ſpiritum pecoris eſſe irrationalem: ait, illum habere innatam naturalem ſtoliditatem; aſſerit denique, negatum eſſe prorſus tali ſpiritui ab ipſa ejus natura poſſe intelligere, & ratione uti.* Hiſce porro auditis, quid inferendum expectas, Philadelphe? E duobus, unum concedere teneris, aut Bernardum de ſubſtantia ſpiritali peſſime ſenſiſſe, aut non de vero in brutis ſpiritu fuiſſe locutum.

Phil. Murem hoc dilemmate pro leone ne mihi oſtendas. Diceres, ne peſſime de ſubſtantia ſpiritali, quae in homine eſt, illum ſentire, aut nolle humanam mentem veram eſſe immaterialem ſubſtantiam, qui huic futurorum eventuum praeſcientiam denegaret, eamque immortalitatem, qua fiat, ut natura ſua, neque per annihilationem poſ-

(a) Dial. 5. Differt. cont. an. ſpirit. brutor.

poſſit deficere, & alias conſimiles perfectiones, quas ſolius divinae immaterialis ſubſtantiae proprias eſſe cognoſcimus? Haud equidem. Quo jure igitur ex Sancti Bernardi doctrina inferendum putabis, vel peſſime de ſpirituali ſubſtantia ipſum ſenſiſſe, vel non de vero ſpiritu in beſtiis fuiſſe locutum? Non ſane immateriali cuilibet ſubſtantiae quodlibet immortalitatis genus connaturaliter competit, aut quaelibet intelligendi facultas. Genus enim immortalitatis, quod ſubſtantiae cuilibet immateriali connaturale eſſe cognoſcimus, illud eſt tantum, quo fit, ut haec mori nequeant per partium diſſociationem, quod mortis genus corruptionem dixerunt Philoſophi, non illud etiam, quod ſolius Dei proprium eſt, ut ſcilicet neque per annihilationem poſſint interire. Humanam certe mentem, poſtremo hoc etiam modo eſſe, immortalem, per Fidei lumen intelligimus, ob ſpeciale tamen Dei beneficium; quod autem ex ſpeciali Dei beneficio derivatur, connaturale non eſt. Connaturalis eſt pariter ſubſtantiae cuilibet immateriali percipiendi facultas aliqua; at facultas ejuſmodi, quae ad obiecta etiam ſpiritualia, & intelligibilia proficiendo pertingat; facultas ejuſmodi, quae regulas probitatis aſſequatur, quaeque in Scripturis, & Pa-

tribus comuniſſime rationis lumen appellatur, non immaterialis cujuslibet ſubſtantiae propria eſt, ſed unius, vel alterius duntaxat, ſecundum perfectiorem, aut imperfectiorem uniuſcujusque conditionem. Sicuti igitur, quia fluidam eſſe non cuilibet corporali ſubſtantiae connaturaliter competit, immerito idcirco diceremus, perperam illum philoſophari de materiali ſubſtantia, vel veram non eſſe corpoream ſubſtantiam judicare, qui lapidem fluidum non eſſe affeveraret; ita quia ſpiritualia intelligere, & poſt corporis diſſolutionem aeternum eſſe proprium non eſt ſubſtantiae cujuslibet immaterialis, immerito propterea diceremus, perperam S. Bernardum de ſpirituali ſubſtantia diſſeruiſſe, aut non judicaſſe, beſtiarum animam veram eſſe ſubſtantiam immaterialem, quum iſtam negavit ſpiritualia, & intelligibilia percipere poſſe, aut poſt corporis interitum aeternum exſtituram.

Non ergo peſſime ſenſit S. Bernardus de ſpirituali ſubſtantia, aut verum non eſſe in brutis ſpiritum autumavit, propterea quod docuerit ſpiritum brutorum, *ita corpore egere, ut nec ſubſiſtere abſque illo utcunque poſſit, ſimul quippe & vivificare deſinit, & vivere ille ſpiritus, quando moritur pecus*. Indi-

diget enim corpore non tanquam ſubjecto ſuſtinente; ſed tanquam neceſſaria conditione, ut ſit, & vivat. Enim vero quum ſpiritus beſtiarum ex debito ſervitutis, ut ait S. Doctor, & quia eſt ad uſus tantum temporalium, corporaliumque neceſſitatum naturaliter ordinatus, cum tempore tranſeat, & cum corpore deficiat, ſit idcirco, ut corpore tanquam naturali conditione indigeat ad exiſtendum, & vivendum; tandiu enim eſt, & vivit brutorum anima ex divina ordinatione, quandiu integra conſervatur corporea; quam agit, compages. Non peſſime ſenſit S. Bernardus de ſpirituali ſubſtantia, aut verum non eſſe in brutis ſpiritum judicavit, propterea quod affirmaverit, brutorum ſpiritum & vivificare, & vivere deſinere, moriente pecude? ſiquidem contrarium non eſt naturali ſubſtantiae immaterialis conditioni per annihilationem deficere. Appoſite hac de cauſſa clariſſimus Doctor uſus eſt verbo deficere, nec dixit ideoque ille ſpiritus & cum tempore tranſit, & cum corpore moritur, aut corrumpitur, aut diſſolvitur, ſed dixit cum corpore deficit, ut nimirum clarioribus vocabulis brutalis ſpiritus annihilationem nobis indicaret. Atque hic animadvertendum eſt, S. Bernardum ſpiritum bruti ab hujus corpore

ſemper diſtinguere, non ſecreturum ſane, quoties ſubſtantiam a corporea diſſimilem non judicaſſet. Non peſſime tandem ſenſit S. Bernardus de ſpirituali ſubſtantia, aut verum non eſſe in brutis ſpiritum putavit, propterea quod dixerit, ſpiritum belluarum irrationalem eſſe, & pro innata ſtoliditate non capere ſpiritualia, & intelligibilia. Quum enim hic, docente eodem ſanctiſſimo Scriptore, ad uſus tantum temporalium, corporaliumque neceſſitatum ſit deſtinatus, quid mirum, ſi rectae rationis, hoc eſt probitatis leges non capiat, atque ideo irrationalis ſit? Quid mirum, ſi ſpiritualia, & intelligibilia non aſſequatur, & ideo naturaliter ſit ſtolidus? Nullus ergo ſaniorum Philoſophorum evincere unquam poterit, peſſime de ſpirituali ſubſtantia ſentire Sanctum Bernardum, aut veros ſpiritus non eſſe animas brutorum, niſi declaraverit, quod veluti certum aſſumitur contra apertiſſimum S. Bernardi teſtimonium, ſpiritualem ſubſtantiam non aeternam, ac conditione valde humana mente deteriorem, penitus repugnare.

(a) *Vinca il ver dunque, e ſi rimanga in ſella,*
E vinta a terra caggia la bugia.

Quanquam, etenim Cicerone admonente (b) *Id habendum ſit antiquiſſimum, quod eſt optimum;* in re autem noſtra dicere nos poſſumus, quod, eſt veriſimilius: conſtat nihilominus vel unius Sancti Bernardi auctoritate, neque novitatis momentum contra animam beſtiarum immaterialem plurimum valere.

Crit. Terra prius falſo partu deludet arantes,
Et citius nigros ſol agitabit equos;
Fluminaque ad caput incipient revocare liquores,
Aridus & ſicco gurgite piſcis erit. (c)

Quam a me obtineas, ut veram eſſe confitear opinionem, in quam tu concedis. Neque enim ex grege hominum illorum credere me debes, qui arundineo more fluctuant, & omni vento doctrinae circumferuntur.

Phil. Non id ego obtinere a te contendebam: ſcio Peripateticos Philoſophos, ex quorum familia ſatis opus tuum te eſſe decla-

(a) Petr. par. 1. Canz. 34.
(b) Cic. lib. 2. de legib.
(c) Propert. lib. 1. Eleg. 5.

clarat, viros eſſe in propria opinione conſtantiſſimos: Veruntamen ſi quis eſt, qui homines iſtius conſtantiae comprobare poſſit, ſane

(a) *Ingeniis non iſte favet, plauditque ſepultis, Noſtra ſed impugnat, nos, noſtraque lividus odit.*

Hoc unum ergo contendebam duntaxat, ut cognoſceres, ſi fieri poterat, verum id eſſe, quod unice in votis habebam, placitum, quod immaterialem eſſe tuetur animam brutorum animalium, neque rationibus e naturalibus principiis derivatis, neque momentis, aut ab Eloquii divini teſtimoniis, aut ſanctorum Patrum auctoritatibus, aut Conciliorum ſanctionibus comparatis adeo adverſari, ut periculoſum idcirco, & in Fide temerarium incuſari merito poſſit; atque ideo dum Catholica Eccleſia, cui primum, quam naturali Philoſophiae, inſtituendum me ſemper committo, liberam in hac quaeſtione diſſerendi facultatem Philoſophis concedet, abſque ullo periculo, aut temeritatis nota proponi a me hoc poſſe, & palam propugnari. Quoties autem Catholica Eccleſia, aut Is, qui huic —

(a) Horat. lib. 2. Epiſt. 1.

huic ſanctiſſime praeeſt, oppoſitum quidpiam definiverit, omnia ſtatim, quae ſcripta ſunt facile obliterabo; avertat enim Deus, ne Spiritui Sancto unquam reſiſtam.

Ariſt. Gratulor tibi Philadelphe tui te voti compotem factum eſſe, & gratias vobis ago cumulatiſſimas; propterea quod ex litterariis hiſce concertationibus, quibus me intereſſe voluiſtis, hunc ego fructum retulerim praecipites nunquam nos eſſe oportere in judiciis noſtris. Unum a vobis deprecor, ut ab omnibus inpoſterum conviciis, & cenſuris abſtineatis. Perſiſtat quiſque pro libito in ea, quae ſibi magis arridet, ſententia, & antequam ad menſam brevi parato obſonio corporeas vires recreaturi accedamus,

(a) *Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.*

(a) Virg. Æneid. lib. 11.

F I N I S.

ADDITIONES
VEL
NOTAE

I.

Crit. §. Quem ergo &c. p. 2.

MIrum quantum in hac quaeſtione ſolvenda plures quovis alio potius quam illo, quod uſurpant, philoſophorum nomine digni inſudarint, ut ſententiam Spiritualitatem animorum in Brutis admittentem tanquam haereticam & impiam traducerent. Mirum magis adhuc quod noſtris hiſce temporibus, qui tam perperam philoſophentur, adinveniantur. Quin eouſque horum effraenata ſe iactat audacia, ut caecutientes materialiſmum foveri velint ea opinione, quae ſubſtantias ſpirituales nimis forte, quam par eſt, multiplicat. Quam Religioni inimicus Phariſaicus zelus; quantumque prae ceteris puniendi forent, qui aeternum & Divinum Religionis aedificium ignorantiae fundamentis fulcitum volunt! Hos inter ſaltem in re, de qua hic agitur, recenſere non vereor Abrahamum de Chaumeix. Hunc non ideo hic nomino, quod ſint modo examinanda quae obiicit; verum ut aditus paretur hiſtoricae narrationi de opinionibus tum veterum tum recentiorum circa Brutorum animas, quae tamquam pura automata haberi, & habita ſemper fuiſſe a majori Saniorum philoſophorum parte fidenter nimis ille aſſerit, (a) antequam opinionis in hoc o-

pu-

(a) Préjugés légitimez, & refutation de l' Encyclopedie &c. t. 1. c. 6. art. 1. & Seqq.

puſculo propugnatae confutationem exordiatur. Auctor noſter hanc hiſtoricam quaeſtionis partem ommiſit: Ne ergo huic editioni quidquam ſcitu dignum in re hac videatur deeſſe, hanc ſupplendam cenſeo, caeteriſque praeponendam.

Hiſtoriam criticam animae Brutorum texuit Guerius, ediditque anno 1749. duobus tomis partitam, verum tot inutilibus, haeterogeneiſque rebus refertam, ut propoſito meo ſatisfacturus paucis cogar hic eam exhibere. Qui Adamo ſcientiam infuſam fuiſſe a Creatore Deo contendunt, ii etiam verae Brutorum quemadmodum & ceterarum rerum naturae claram illum habuiſſe notitiam rentur. Habuerit autem vel ſecus perinde nobis eſt. Nihil enim nobis ignotum magis quam primi parentis hominumque ante Diluvium Phyloſophia. Non licet ideo quidquam ab iis de Brutorum anima quaerere.

Ad tempora Diluvium ſequuta convertendum ergo eſt examen. Haec perluſtrans Guerius, & quid ante Graecos de Brutorum anima ſenſerint antiquiores nationes inquirens, plures quidem ad examen revocat, illas etiam apud quas quidquam inveniendi ulla eſt ſpes, vel quae (quod lepidius eſt) ab ipſis Graecis informem & indigeſtam, quam coluere, philoſophiam, ipſo Guerio notantem, mutuatae fuerunt, quemadmodum nonnulli ex Celtis, quos inter immortalitatis animorum, & Metempſycoſeos aſſertores primum refert. Ad Ægyptios dein tranſit, qui harum opinionum auctores cenſendi ſunt. Hi unicam univerſalem admittebant animam, cujus tot partes volebant eſſe omnium viventium, hominum proinde aeque

ac

ac Brutorum ſingulas animas, cumque illam caeleſtem ignem, ſeu ipſam Divinitatem eſſe dicerent, ideo ſuperſtitioſum cultum Brutis adhibebant. Eadem Phaenicum, aliarumque Ægypto finitimarum gentium, Arabum, Chaldaeorum, Perſarum, Indorum ſententia. De Sinenſibus nihil omnino ad rem profert. Hebraeorum opinionem ambiguam prorſus & incertam ex ipſis Sacris litteris contendit; Quam perperam & inepte, probat Dialogus 1., 5., & *6.*,

Haec omnia primo ſui operis capite complexus eſt Guerius, eique *concluſionem* annectit, quae, quamvis & ipſa inutilibus & heterogeneis doctrinis referta ſit, plura tamen de Brutorum anima continet, quam integrum praecedens caput. Colligit ergo primum ex nimis ſuſe antea dictis, veteres aut nihil inquiſiviſſe de anima Brutorum, vel illud de hac ſenſiſſe, quod ex Metempſycoſi, & ex antiquiſſimo maximeque iis temporibus acceptiſſimo dogmate animae univerſalis & unicae patet per ſe fluere. Quam porro ſupervacaneum, & propoſitae quaeſtioni extraneum inter obſcuriſſimas tenebras, quibus veterum philoſophorum obvolvuntur opiniones, inveſtigare quam nam habuerint illi hujuſce animae univerſalis notionem? Cur veterum inquiruntur ſententiae? Num ut hiſce noſtras conformemus? At nihil tolerant ægrius recentiorum ingenia. Cur ergo? Profecto vel ut cibus paretur iis, qui laboris potius, quam ratiocinij capaces ſunt; vel ut in re abdītiſſima, nobiſque impervia aliquis ex iis quae majores noſtri opinati ſunt, paretur aditus. Illud non obtinet ſane, qui abſtracto nimis, & ſubtili exami-

mine quaerit, quamnam habuerint veteres Spiritualitatis ideam: nihil enim fortaſſe moleſtius, difficiliuſque imbecillibus, & torpidis mentibus. Quod vero alterum ſpectat: Dum quis de Brutorum anima inſtituit quaeſtionem, claram nitidamque ideam, & adaequatam definitionem principij activi ſpiritualis non quaerit. Illius neceſſitas cognoſci poteſt, quin intelligatur clare, directe, & poſitive, quid illud ſit; In homine revera detegitur, ut hic ſupponendum eſt, quidquid ſenſerint veteres; Quaeritur utrum etiam in Brutis. Carteſiani, & Materialiſtae omnes negant. Affirmant alij. Defenſores Metempſycoſeos & animae univerſalis neceſſitatem ejuſdem activi principij tum in hominibus tum in Brutis agnoverunt; Ergo etſi dubium ſit, quam huius voluerint eſſe naturam, dummodo diverſam a noſtri, & cujuſlibet ſenſibilis corporis compage poſuerint, colligendum eſt favere eorum opinionem illis potius, qui cognita neceſſitate admittendi principium activum Spirituale in hominibus, illud etiam in Brutis ponunt. Ita argumentari ſatius mihi videtur, quam in obſcura, inutilia, & propoſito ſcopo extranea vagare, ut Guerius.

Quae ſequenti altero capite de praecipuis Graecorum Philoſophis ſubdit ad ſuperius dicta breviſſime reduci poſſunt. De Orphaeo praeſertim quae tradit fabula, abunde probant Graecos jamdiu Bruta ſenſus, cognitionis, &, ſi libet, rationis etiam capacia exiſtimaſſe. Hoc pluribus aliis ſimilibus monumentis magis magiſque confirmari optime notat Guerius, qui dein celeberrimos ſeptem Graeciae ſapientes examini ſubjicit, & poſt pluri-

rima, quae in hiſtoria critica de Brutorum anima nullum ſane habere deberent locum, concludit tandem, ne unum quidem verbum in epiſtolis, quae illorum nominibus inſcriptae circumferuntur, ſuppoſititiae tamen a pluribus cenſentur, de eo, quod quaerimus, occurrere. De Thalete praecipue, & ſeorſim illud duxit inveſtigandum; cumque & apud hunc nihil invenerit, defectum proprio marte ſibi cenſuit ſupplendum neſcio qua illectus utilitate. Ex aqua, teſte Tullio, dixit Thales extare omnia; Bruta ergo & ipſa ex aqua eſſe voluit, diſerte tamen non eſt faſſus. Inutilia omnino ſunt quae de Pherecide Syro tradit.

Sectae Italicae auctor Pythagoras Thaletem, & Pherecidem praeceptores habuit; ſed & Egyptios, &, ſi quibuſdam credimus, Hebraeos, tum Chaldaeos, atque Perſas litterarum flagrans ſtudio adiit, & in ſingulorum ſe inſinuavit arcana. Hinc animae univerſalis, & Metempſycoſeos ſyſtema adoptavit ita, ut maximus illius defenſor & patronus ab omnibus habeatur. Eaſdem ergo voluit eſſe hominum, & brutorum animas, proindeque haec non licere occidere, abſtinendumque eſſe ab eorum carnibus docuit diſertius etiam, quam ante illum praeſtiterit ullus. De hiſce diſſeram ſuis locis, cum hic hiſtorice tantum referam, & quidem preſſe. Pythagoras innumeros habuit ex Aſia atque Europa Sectatores, qui ejus philoſophiam longe lateque provexerunt. Profert eos Stanlejus *in hiſtoria philoſophica p.* 8. *c.* 23. 24.; Eorum unum refert Guerius Empedoclem, de quo tamem nihil dicit, quod belluarum animam ſpectet.

De

De Anaximandro quod ſubdit vereor num de corpore potius, quam de Brutorum animabus intelligendum ſit. Homines ejuſdem naturae cum Brutis eſſe aſſerebat philoſophus ille; verum ut hiſce homo nobilior, & perfectior eſſet, ut qui ex pluribus diverſis animalium ſpeciebus per ſucceſſivas multiplices generationes mixtis ſimul coaluerit. Hoc cum illo convenit, ut ipſe fatetur Guerius, quod de formatione hominis a Prometheo peracta canit Horatius Ode *16*. l. 1., proindeque de ſolo corpore videtur accipiendum. Idem dictum volo de Anaximene, & Anaxagora, quorum primus omnia voluit conſtare ex illo immenſo & infinito aere, quem teſte Laertio Deum dixit; alter celeberrimam docuit homoeomeriam elegantiſſime a Lucretio deſcriptam. Hic obiter mihi liceat cum clariſſimo Genuenſi animadvertere, in eo omnes, qui veterum philoſophorum ſententias hucuſque explicuerunt, hallucinatos eſſe, quod non recte inter, *principia*, & *elementa* diſtinxerint. Hoc ſi obſervaſſet Guerius facile ſenſiſſet nullum fortaſſe habere locum in quaeſtione de Brutorum anima quae ipſe profert ex Anaximandro, Anaximene, & Anaxagora.

De Socrate multa ſane diſſerit; ſed tandem concludit nihil ipſum quaeſiiſſe unquam, aut ſenſiſſe de Brutorum anima. Dejurabat ſaepe ille quidem per canem, & anſerem, verum non perinde clarum eſt, quid ſignificare vellet. Optime ideo exclamat Lactantius (a) *O Hominem deſpera-*

tum,

(a) Divin. Inſt. lib. *3*. C. 20.

tum , ſi religionem cavillari voluit ; dementem, ſi ſerio fecit ut turpe animal pro Deo haberet! De Ariſtippo & Diogene nihil ad rem noſtram. De Platone vero fatetur nullum eſſe dubitandi locum, quin de Brutis idem cum Pythagoricis ſenſerit. Plutarcus ſane aperte fatetur in Beſtiis admiſiſſe illum rationem, & intelligentiam (a). Quinimmo Plato ipſe in *Politica* tanquam extra omnem dubitationis aleam poſitum illud refert, aurea ſcilicet aetate cum hominibus Bruta ſocietatem vere & proprie talem habuiſſe. Videtur quidem in aliquibus ſuorum dialogorum locis ſibi contradicere; verum tandem in aperto eſt Metempſycoſim admiſiſſe. De Accademicis nihil huc afferri poteſt.

Ad Ariſtotelem Platonis alumnum, & Peripateticorum patrem tandem ventum eſt. Primo negat jure meritoque Guerius illum formarum ſubſtantialium auctorem ullo modo habendum eſſe; quin determinari omnino non poſſe ait, quam admiſerit, & tenuerit Ariſtoteles de Brutorum animabus ſententiam. In libris de anima aperte docet eſſe illas ſubſtantias corruptibiles, & *de motu animal. c. 7.* diſerte *automaton* exponit hypotheſim; Verum alibi cum negat Brutis intelligendi facultatem, iiſdem largitur aliquam, etſi tantillam cognitionem, & rationem (b). Sed quid dicendum, cum ipſum videamus Brutis vocis uſum, qui utique corruptibilem & materialem animam excludit, concedere, & ipſam Brutorum animam ea indicare voce, quæ apud Graecos cogitationem

N ex-

(a) De placit. Philoſ. l. 5. cap. 20.
(b) Ariſt. de Hiſt. Animal. l. 8. & 9. & Ethic. l. 6. c. 7.

exprimit, & a Latinis vertitur *Mens?* Quid quod dubium itidem omnino eſt & incertum quid de ipſa humana ſenſerit anima, cum ipſam *Entelechiam* (vocem barbaram, & ambiguam) appellet, & immortalitatis dubiae, ut notat Burnetius exclamans poſtmodum: *vale Stagirita: ſemper mihi eris malus Aſtronomus*, *Theologus pejor*, *Phyſiologus peſſimus*. Ego, quod ad me attinet, cum pluribus doctiſſimis viris fateor, plurima Ariſtoteli, viro ceteroquin docto idcirco affigi, quod ejus ſcripta, ob genium hominis aut natura abſtruſi, aut arte, non ſatis intelligantur. Nam ſane, quis putaverit virum acutum ad ſyſtemata factum, tot ſecum ipſa pugnantia ſentire potuiſſe? Quid ergo de Brutorum anima opinatus eſt? Viderint alii: Ipſe ſane determinare non valeo. Haec omnia conveniunt aeque Ariſtotelis veteribus aſſeclis; tenebras enim hi auxerunt potius quam diſſiparint.

De Eleatica Secta, eiuſque auctore Xenophane nulla ſuppetunt, quae hic referenda ſint. Principia, quibus innitebatur Eleaticorum Philoſophia refert Cicero Accad. Quaeſt. l. 4. *Xenophanes ait unum eſſe omnia*, *neque id eſſe mutabile*, *& id eſſe Deum*, *neque natum uſquam*, *& Sempiternum*..... *Meliſſus*, *hoc*, *quod eſſet infinitum & immutabile*, *& fuiſſe ſemper*, *& fore*. Hinc, qui voluerit, colligat, quid illi de Brutorum anima opinari potuerunt. Hanc ignem dixit eiſe Heraclitus, qui, quemadmodum Thales aquam, ignem poſuit rerum omnium principium (a). Ato-

(a) Diog. Laer. in Heraclito.

Atomiſtarum grex quid tandem de belluis effutierit, non eſt opus fuſioribus exponere verbis. Omnia per Democritum, Epicurum, Leucippum, ut ipſe novit Vulgus, tot erant atomorum combinationes; nihil praeterea in ipſo homine, ideoque & in Brutis. Cogitandi, ratiocinandique facultas materiae per ipſos affectio erat; ipſam proinde hominibus non negabant, nec probabiliter negarunt Brutis. Nihil hac Philoſophandi methodo abſonum magis & impium. Unum tantum ſupereſt addendum verbum de Zenone, qui cum animam univerſalem cum antiquioribus admiſerit, cenſendus eſt, idem cum ipſis de principio Bruta animante ſenſiſſe. Et en arctis concluſa terminis, quae de Philoſophis ante Graecos, & de Graecis ipſis profert Guerius circa Brutorum animam.

De Romanis idem nunc eſt quaerendum. Lucretius cum Epicuro ſenſit, ut norunt omnes. Cicero Scepticorum morem videtur in omnibus fere ſecutus; nihil certe de Brutis ſtatuit, quod hic referendum ſit. Idipſum dicito de Seneca, cuius tamen philoſophandi rationem nihil me judice patefacit magis, quam quod ait c. 16. de *Conſol. ad Marciam. Cogita, nullis defunctum malis affici; illa, quae nobis inferos faciunt terribiles, fabulam eſſe: nullas imminere mortuis tenebras, nec carcera, nec flumina flagrantia igne nec oblivionis amnem, nec tribunalia, & reos. Luſerunt iſta Poetae, & variis agitavere terroribus. Mors omnium dolorum & ſolutio eſt, & finis, ultra quam mala noſtra non exeunt, quae*

nos in illam tranquillitatem, *in qua antequam naſceremur jacuimus*, *reponit &c.* Probabiliter & ipſe animam univerſalem, quae ſimul Deus eſſet, admiſit; ut colligunt plures ex illis verbis; *Quocumque te flexeris*, *videbis Deum occurrentem tibi* (a). Hinc ergo, quod reticet Seneca de Brutorum anima, quiſque deducere poteſt. Inter Epicureos vel materialiſtas recenſendus Plinius. Plutarcus vero aliorum philoſophorum, Stoicorum praeſertim, & Epicureorum irridens ſectas ſe in omnibus, proinde & in re noſtra Pyrrhonicum & Scepticum exhibet. Appollonium, Epictetum, Plotinum, Jamblicum, Apulejum, & alios incaſſum memorat, & in medium adducit Guerius; Nihil enim tandem aliquando ex ipſis, quod ad rem faciat, concludit.

Unus eſt Porphyrius, qui pro dignitate, & ex profeſſo noſtrum argumentum videatur tractaſſe. Hic ex illis fuit, qui Platonis & Pythagorae placita norunt apte unire ſimul, & miſcere. Inter alia ipſius opera, illud ad nos uſque pervenit in quo ab animalium carnibus abſtinendum probat, ipſaque non licere occidere, aut mactare. Haec ex eo deducit, quod anima intelligente & rationali aeque ac homines Bruta ſint praedita. Rationes, quas ad hoc conficiendum profert, non ego hic referam; occurret enim aptior id agendi aliis in locis occaſio. Interim animadverto recentiores animae Brutorum ſpiritualis aſſertores ex Porphyrio videri praecipua deſumpſiſſe argumenta.

Patrum tandem Eccleſiae ſub fine primi tomi renuit Guerius examinare opiniones circa naturam ani-

(a) De Benef. l. 4.

animae Brutorum ; Contendit enim illos ex profeſſo tale argumentum nunquam examinaſſe. Annotat tamen Baſilium (a) in ſtatu innocentiae ſocietatem inter Bruta admiſiſſe : Arnobium eandem in illis ad domicilia nidoſque conſtruendos admirari artem & induſtriam, quam habent homines (b): Lactantium demum nullum aliud diſcrimen praeter Religionem admittere inter homines & Bruta (c). In pluribus noſtri auctoris dialogis aliquid ulterius occurrit, & quidem ita, ut quoad hoc nihil ſupereſſe poſſit deſiderandum.

Haec ea ſunt, quae integro primo tomo ſuae hiſtoriae criticae de Brutorum anima perſequitur Guerius. Altera nunc pars percurrenda eſt, tomus ſcilicet ſecundus, in quo recentiorum ſententias refert, & primo quidem Arabum & Scholaſticorum. De Arabibus hoc unum dicit, ipſos videlicet animam univerſalem & unicam cum veteribus admiſiſſe, ideoque eandem concedere debuiſſe Brutis & hominibus animam. De veteribus ſcholaſticis nihil. Poſt litterarum vero in Europa reſtaurationem in quatuor ſententias de principio Bruta animante Philoſophos abiiſſe monet; nonnulli enim ſpirituale illud dixerunt, ejuſdemque naturae cum noſtro; nonnulli merum & ſimplex inſtinctum voluerunt eſſe; alij ſubſtantiam mediam inter materiam & ſpiritum, quam *formam ſubſtantialem* appellaverunt; alii demum illud omnino ſuſtulerunt, Bruta ſimplicia & pura automata tantum eſſe contendentes. De quatuor hiſce opinionibus

 hyſto-

(a) Homil. de Paradiſ.
(b) Adverſus Gentes l. 2.
(c) De ira Dei c.7. & Inſt. Divin. l. 2. c. 3., & l. 3. c. 10.

hyſtorice agamus modo cum Guerio, qui primam minus communem, & caeteris audaciorem dicit non noſcens forte quam turpiter ſibi illudat, omnia in riſum & jocum vertendi avidus. Sed ne deſeramus hyſtoriam, cujus leges laedit me iudice Guerius, cum toto primo capite de qualitatibus diſſerit in Brutis principium aliquod Spirituale indicantibus. Has recenſere, & examinare ad illum non pertinet, qui opinionum hiſtoriam ſibi texendam tantum propoſuit. Hoc ergo caput hic mihi ex integro praetereundum cenſeo, quae in ipſo continentur ſuis locis expoſiturus.

In Secundo capite de iis loquitur Guerius, qui animam Spiritualem, & immaterialem tribuerunt Brutis. Oblitus dixiſſe pag. 15. hanc opinionem minus communem eſſe, & a nonnullis tantum propugnatam, hic pag. 120. eam vetuſtiorem appellat, & a veteribus univerſaliter receptam. Abſit, qu'od hic referam, quae contra illam opponit non minus ſibi in hoc contradicens, quam in illo. Plura ex hiſce in medium adducit auctor noſter, & diluit perbelle; quae deſunt, & non ſunt examine indigna, ſubdam ipſe ubi locum habere debent. Pauci admodum ſunt illi Spiritualitatis animorum in Brutis defenſores, quorum hoc in capite mentionem facit.

Memorat primum Marchionem d'Argens, qui comparatis ſimul hominibus & Brutis quibuſdam, colligit tandem haec illis videri poſſe praecellere (a). Hunc, inquam, primum memorat;

(a) Lettres Cabaliſtiques, T. IV. lettre 101.

Digitized by Google

rat; Nam de auctore opuſculi *amuſement Philoſophique* &c. incidenter dumtaxat loquitur, de ejus ſyſtemate peculiariter dicturus poſtquam caeterorum retulerit opiniones. Hanc & ipſe ſervabo methodum. Poſt D. d'Argens plura refert ex celeberrimo Montagne, quem, neſcio quo jure, omnibus animae Spiritualis in Brutis vindicibus ducem veluti praeponendum eſſe cenſet. Norunt omnes quantum Pyrrhoniſmi cultor & amator extiterit hic nihilominus clarus, & doctiſſimus auctor. Talem porro non ſe praebet quidem, cum de natura & conditione Brutorum eſt ſermo; nititur quinimmo totis viribus eam humanae aequare: Ipſam enim libertatem abunde largitur illis, virtutes omnes, clementiam, aequitatem, humanitatem, Religionem ipſam (a). Memorat deinde Boullierium, quem novum de Brutorum anima ſyſtema excogitaſſe ait, eo quia animam Spiritualem & immaterialem quidem ſed eſſentialiter ab humana differentem tribuerit Brutis. Hoc, cum illud ſit, quod auctor noſter defendit, non fuſius exponam. Edidit Boullier anno 1728. opus *Eſſai Philoſophique ſur l'ame des Bêtes*, illudque anno 1737. denuo deprompſit typis cum pluribus additionibus, dicavitque D. Fontenelle. Huius Siſtematis principia, ipſo monente Guerio, jecerat D. de la Chambre in ſuo opere *Traité de la Connoiſſance des animaux* edito *Pariſiis anno* 1664. Eodem anno quo in lucem primo prodiit opus D. Boullier, aliud excuſſum fuit ex Angelico Idiomate Gal-

N 4 lice

(a) Eſſais l. 2. c. 12.

lice converſum, cui titulus *La Religion Chretienne demontrée par la Reſurrection de notre Seigneur Jeſus-Chriſt &c. avec un ſupplement ou l'on deve loppe les principaux points de la Religion naturelle. par Mr. Homfroi Ditton.* In hoc ſupplemento eruditiſſimus auctor probans non poſſe ullo modo materiae convenire cogitandi facultatem attentis vel qualitatibus, quas in illa iam novimus, vel illis, quas poſſet habere quin dignoſcerentur a nobis, vel demum attenta capacitate quadam, quam quis diceret Deum ipſi largiri poſſe, concludit tandem Bruta immaterialem animam habere, eo quia evidens ſit ipſa cogitare. Totus deinde eſt Guerius in confutando hoc ſyſtemate percurrendo ſcilicet & examinando rationes & argumenta Boullierii. Quam ab expectatione, & propoſito diſſentiat eventus conſtabit ex inferius dicendis.

Hactenus recenſitis Spiritualitatis animorum in Brutis aſſertoribus, Sennertum Medicum in Vittembergenſi Accademia profeſſorem, & Hildrop Anglum adiungit, tantum. Primus non ſolum immateriales dixit Brutorum aeque ac Hominum animas, ſed & rationales, quin & immortales, adeo ut totum inter ipſas diſcrimen ad magis, & minus reducatur (a). Alter in examine, quod adhibuit opuſculo Patris Bougeant *amuſement Philoſophique ſur le langage des Bêtes* immortalitatem, tanquam ſpiritualitatis neceſſarium conſectarium, largitus eſt Brutis hac motus ratione, videlicet: Si mala Adami peccatum

(a) Bayle Diction. art. Sennert.

tum ſequuta in hac vita paſſa ſunt, in novo hominis Statu, vel ſpirituali ejus regeneratione ſuas quoque habere debent partes. Quid plura? Hoc ad ipſa vegetabilia non illum pudet extendere (a). Nihil porro audacius, abſurdum, & impium magis.

Ut autem plenius innoteſcat quot ſteterint auctores pro ſpiritualitate animorum, illos, quos Guerius reticet, neſcio quam ob cauſam, referam ipſe. Baelius *art. Rorarius* plures memorat, qui ferme ut Hildrop Bruta meriti & demeriti in praeſenti vita, & in futura Paradiſi capacia dixerunt. Sed primum de Rorario ipſo. Hic opus edidit ad probandum Bruta non ſolum eſſe ratione praedita, verum & ea aptius quam homines uti. Rationem autem cur ſibi hoc propoſuerit probandum ipſe patefacit his verbis: *Eram, illuſtriſſime Princeps, paucis ante diebus ubi de Caeſare* (Carolo V.) *ſermo habebatur; Et fuit doctiſſimus alioqui vir, qui diceret neſcire quo odore olens Chriſtianorum orbem ditionis ſuae facere nitetur. Haberet in ſe ſaltem, quo cum Othonibus, aut Federico Ænobarbo, conferri poſſet. Movit [fateor] mihi ſtomachum, dignum immortalitate Principem illis poſtponi, qui licet inſignes fuerint, ſi tamen in unum omnes congerantur, huius magnitudini non ſufficiant. Itaque in mentem mihi venit animalia Bruta ſaepe ratione uti melius, idque duobus libellis oſtendi* (a). In

(a) Penſées libres ſur la creation des Brutes, *vel* Examen de l' amuſement philoſophique &c. Lond. 1742.

(a). In animadverſionibus huic articulo appoſitis numerat fuſe Baelius omnes qui vel propugnarunt Carteſianam ſententiam, vel ipſi oppoſitam de Spirituali anima in Brutis. Fortaſſe Guerius non admodum accuratus fuit in inveſtigandis ipſorum veterum opinionibus hac de re; Strato enim, Eneſidemus videntur numerandi inter illos qui Brutorum animam rationalem dixerunt (b). Ita Parmenides, Empedocles, Democritus, Anaxagoras. Nolo autem in adeo remota tempora altius hic retrogrado curſu penetrare. Et ſane *cui bono?* De Philone potius animadvertam opus edidiſſe ad probandum Bruta animalia ratione eſſe praedita (c). Idem videtur ſenſiſſe Galenus; Haec enim habet ..... *tametſi non habeant* (Bruta) *eam rationem*, *quae juxta vocem intelligitur*, *nobiſcum communem*, *quam vocant enuntiativam; certe eam*, *quae ſecundum animam accipitur*, *quam rationem appellant affectuum capacem*, *habent nobiſcum communem*, *licet alia magis*, *alia minus* (d). Arnobius nullum videtur admiſiſſe diſcrimen homines inter & Bruta praeter Dei cultum vel Religionem (e). Sed & ipſi Hebraeorum Rabbini non minus faverunt Brutorum animabus; Inter alios Maimonides teſte Arnaldo quamvis ratione eas privet, voluntate

(a) Rorarius Epiſt. dedicat. ad Madrutium Cardinalem. Et Epiſt. dedicat. ad Epiſcopum Atrebatenſem 1. Mar. 1547.
(b) Voſſius de Origine, & progreſſu Idolatriae l. 3. c. 41.
(c) Euſeb. Hiſt. Eccl. l. 2. cap. 18.
(d) Galen. in Exhort. ad art. lib. Stud.
(e) Arnob. adverſus gentes l. 2. p. 55.

tate ditat tamen: *Omnia* (inquit) *pariter animantia irrationalia moventur voluntate ſua* (a)

Sed ut ad recentiores accedamus Guillelmus Pariſienſis animam Spiritualem certe largitus eſt Brutis (b). Valla aliique plures, quos refert, Voſſius, rationem in illis admiſerunt (c). Quin ipſe Voſſius meliorem noſtra contendit eſſe Brutorum conditionem quoad hoc ſaltem, ut ſibi invicem promptius faciliuſque proprias comunicent cogitationes. Baelius ipſe hanc videtur tenuiſſe opinionem, eſſe videlicet Brutorum animam, ſi non liberam, rationalem ſaltem. Sennertus, de quo ſupra, contra Freitagii accuſationes ſibi apologiam texens opus edidit: *De origine & natura animorum in Brutis ſententiae clariſſimorum Theologorum in aliquot Germaniae Accademiis, quibus ſimul Daniel Sennertus a crimine blaſphemiae & haereſeos a Joh. Freitagio, ſibi intentato abſolvitur*. Unde conſtat plures alios antea praeſertim in Germania idem cum ipſo ſenſiſſe de ſpiritualitate, & illa qualecumque, quam defendebat, animorum in Brutis immortalitate. Johannes Cyprianus *Hiſt. animal. Continuat pag.* 27. monet *Theologos Lipſienſes, Roſtochienſes, Baſileenſes, Regiomontanos quinquaginta ab hinc annis de anima beſtiarum interrogatos inclinaſſe magis in Danielis Sennerti opinionem* &c. Idem Joh. Cypr. p. 24. appoſite ad hanc Sennerti opinionem, refert Johannem Scotum Erigenam l. 3. *de diviſione naturae* n. 41. & Johan-

(a) Arnauld Refl. ſur le Syſt. du P. Malebranche p.246.
(b) Journal. des Sçavans 18. Janv. 1677.
(c) Voſſius de Orig. & progreſſu Idol. l. 3. c. 41.

hannem Lipſium in *Metaphyſica magna* l. 2. c. 1. animam Brutorum ſubſtantiam incorpoream dixiſſe: *ille* ſubjungit, *adverſus Baſilium*, *&* *Gregorium Nyſſenum diſputans vitam ſeparatas* (animas Beſtiarum) *a corpore non amittere; hic quoque ſejunctas in aere exiſtere*, *atque modo aliquo operari opinatur*, *forte cum univerſo olim in nihilum redigendas*. Hoc non auſit quidem affirmare Henricus Morus, probabile tamen dixit, rationes pro utràque parte afferens tantum (a); Nihilominus Joh. Cyprianus haec habet de eodem: *Morus & ſuperſtites* (animas Brutorum), *& in corpora alia remeare tradit c. 5. l. 2.* (b) Qui veritatem huius noſſe cupit, adeat ipſos auctores, eorumque conferat loca. Miram habet cum recenſita ſuperius Hildrop opinione quod idem Johan. Cyprianus de quodam refert his verbis: *Abſurdiſſime omnium M. B. Semigentilis & ſemi-Criſtianus ante paucos annos cum monſtroſis opinionibus aliis etiam hanc protulit*, *bruta niſi peccaviſſet homo*, *moritura non fuiſſe*, *atque eadem tamen*, *licet nunc moriantur*, *cum hominibus olim reſuſcitanda*, *& ab hoc centro mundi ad liberiora caeli ſpatia trasferenda; quod ſomnium olim Muhammedis a Turcis hodie credi teſtis eſt Jo. And. in l. de confuſione ſectae Muhammeticae* (c). Joh. Taurellus in libello *de vita & Morte quaeſt. altera propoſit.* 4. Brutorum animas ſpirituales quidem dicit, ſed negat a morte ſu-

(a) Henr. Morus de Anima l. 2. c. 6.
(b) Johan. Cypr. ubi ſupra
(c) Cypr. Hiſt. Animal. continuat. p. 24.

ſupereſſe; Idem aſſerit ſed ridiculis innixus rationibus Rabbi Menaſſe Ben Iſrael l. 1. *de Reſurrect.*: *Mort. cap.* 9. Haec poſtquam ipſe Baelius retulit (a) videtur non admittere, quod ſpiritualis potiit eſſe anima Brutorum quin ſimul ſit immortalis; quare & hoc etiam de illa affirmaſſe cenſent nonnulli. Hactenus recenſitis adjungendi ſunt Stephanus Paſquier, Raimundus Sebundius, quem magno in honore habuit Montagne, Salmaſius, Charron, aliique, de quibus clariſſimus P. Moniglia, (b) & quorum aliquos forte contigit ut multitudine obrutus hic praetermiſerim.

Ad haec noſtra tempora, vel hiſce propinquiora accedamus adhuc. Et primo Leibnitius novo quodam ſyſtemate animas Brutorum incorporeas, & ſimplices voluit, verum non abſolute immortales, quamvis natura indeſtructibiles; Monadas ſenſitivas eas dixit, quarundam rerum particularium perceptione capaces, non item vero ratiocinatione, veraque, & proprie tali cogitatione, quarum denique actiones, quemadmodum corporum ipſis unitorum motus, celeberrimae *Harmoniae praeſtabilitae* legibus moderarentur (c). Chriſtianus Wolfius Leibnitianis placitis addictiſſimus Geometrica Methodo de ipſis Brutorum animabus diſſerens, harum incorporeitatem, & ſimplicitatem pluribus demonſtrat; (d) negat tamen ſpirituales eſſe, eo quod intellectu & voluntate libera careant (e), in quibus vera & unica eſt ſpi-

(a) Bayle Dict. art. Sennert. remarque E.
(b) Moniglia Fataliſti p. 2. Sez. 4. §. 18.
(c) Leibn. in Ep. ed. a Kort. Lipſiae 1734. ep. 194.
(d) Pſychol. ration. Sect. 4. c. 3. §. 749. 752. 753.
(e) §. 764.

ſpiritus proprie dicti notio; Sic enim loquitur (a) *Sumimus vocabulum Spiritus in ſignificatu recepto: Nemo enim ignorat, Deum, Angelos, & animam humanam ideo ſpiritus appellari, quod ipſis intellectus, & voluntas libera tribuatur. Et hinc nemo non enti intellectum, & voluntatem competere debere judicat, quod ſpiritus nomine compellari audit. Quamvis vero ſpiritus, & ſubſtantia immaterialis pro Synonymis vulgo habeantur ab iis, qui definitiones inſuper habentes loquendi inconſtantiam amant; in foro tamen philoſophico definitionibus accuratis ſtricte inhaerendum eſt.* Concedit nihilominus hujuſmodi ſubſtantiis incorporeis, immaterialibus, ſimplicibus perceptiones, harum conſcientiam, immaginationem, memoriam, appetitum ſenſitivum, & averſationem ſenſitivam, & quid analogum rationi; tandemque eas incorruptibiles dicit, nec cum corpore interire, negat tamen immortales eſſe, probatque ex eo, quod ſui non habeant memoriam in hac vita (b). Kantius Leibnitianae, & Wolphianae Philoſophiae caeteroquin amantiſſimus ex conceſſis ab ipſo Wolfio Brutorum animabus proprietatibus, non immateriales tantum ſed ſpirituales illas vult eſſe quin inde ſequi debeat eſſe etiam, ut noſtras, immortales (c). Haec noſtrae aetatis Philoſophorum communis eſt opinio, ut infra dicenda apertiſſimum reddent.

Magalottus equidem nec religioni, nec ſaniori Philoſophiae adverſari contendit, in Brutis etiam ſub-

(a) Sect. 4. c. 1. §. 643.
(b) §. 751. 755. 757. 765. 769.
(c) Kant. Phil. Leibn. & Wolf. uſus in Theol. c. 2. Sect. 4. §. 18.

ſubſtantiam ſpiritualem praeter ſenſibile corpus admittere, quae tamen ea imperfectior ſit, quae eſt in homine; Et objicienti illam proinde immortalem quoque dicendam eſſe, quia Spiritus immortalis eſt, reponit, ſe nullam in eo detegere abſurditatem, quod Bruti anima talis ſemper eſſe perſeveret (a). Eruditiſſimus Anſaldus animam ſpiritualem, & ipſam rationem impertitur Brutis, denegat autem omnino immortalitatem; inquit enim *univerſis animalibus eſſe datam rationem, ſed mutis tantummodo ad vitam tuendam, homini autem ad propagandam, ſcilicet per immortalitatem* (b). Sherlokius Animam Brutorum ita ſpiritualem eſſe fatetur, ut eſſentialiter a corpore dependeat, hocque ſoluto qualibet ſenſibili vita exuta remaneat (c). Auctor *articuli ame des Bêtes* in *Encyclopedia* clarius etiam efficaciuſque id probat ut ex dicendis alibi patebit (d). Idem conficitur in art. *forme ſubſtantielle* (e). Maupertuiſius etiam luce clarius oſtendens quamlibet ſenſationem, confuſiorem etiam principium ſimplex, indiviſibile, ideoque incorporeum, vel ſi quis maluerit, Spirituale ſupponere, & exigere, non minus quam ſublimiores, & abſtractæ magis Newtoni meditationes illud inferant, colligit poſtmodum eſſe in Brutis hujuſmodi ſimplicem & indiviſibilem ſubſtantiam, non immortalem tamen, eo quia finem ip-

ſi

(a) Magal. Let. Scient. XI., ſam. 24.
(b) Anſal. de princ. leg. natur. tradit. l. 2. §. 13. ſeqq.
(c) Sherl. de l'Immort. de l'ame Sect. 2. c. 2.
(d) Encyclopedie tom. prem. p. 289. Edit. Lucq.
(e) Tom. Sept. p. 147.

ſi praefixerit Deus (a). Alii monente clariſſimo P. Alfonſo Nicolaio cum velint veram & propriam definitionem *Spiritus* exigere ut Spiritus dicatur *ſubſtantia, quae a corpore non dependet in eſſe, & in conſervari*, & hujuſmodi velint eſſe humanam animam, non vero principium activum in Brutis, proinde hoc non dicunt ſpirituale (b). Hi verbis quidem videntur diſſentire a pluribus ſupra recenſitis auctoribus, revera autem cum illis conveniunt; neque enim proinde animam Brutorum materialem vel corpoream dicunt. Idem Nicolaius, quamvis in ea videatur eſſe opinione, ut omnino negandum ſit, habere Bruta animam ſpiritualem, eos tamen approbat, qui in illis animam quidem admittunt, ſed fatentur ingenue, ſe ignorare cujus nam illa ſit naturae (c). Ita ſane ſentiunt plures illud canentes.

Corpora Brutorum, quae ſive carentia ſenſu,
Sive inſtructa putes, mirare, & Numen adora.

Hinc alii ſe coactos fatentur ad admittendum in Brutis principium cognitionis, & ſenſus, nihil autem noviſſe de hujus natura; adeoque in illo ſiſtendum eſſe, deſperandumque homines poſſe ultra progredi (d). Ne quis miretur quaeſo, me haſce etiam recenſere opiniones hic ubi de ea tantum ſpiritua-

(a) Maupertuis Lettr. 5.
(b) Lez. XIII. del Geneſi p. 222.
(c) Loco citato.
(d) Mem. de Trevoux 1737. Octob. art. 102. p. 1856.

Digitized by Google

tualem animam in Brutis admittente agendum mihi propoſueram; Cum hac enim potius conveniunt illae, quam cum ulla alia. Hiſce proinde non vereor illorum adiungere ſententiam, qui cum opinati ſint poſſe materiam cogitare, & impium eſſe potentiam denegare Deo largiendi materiae percipiendi vim, veriti materialem aſſerere animam hominum, talem illam dixerunt eſſe, quam admittunt in Brutis. Ita *Lokius*, *Voltairius*, aliique, inter quos a nonnullis *Newtonus* ipſe numeratur. Equidem cum hypotheſim Carteſianam excludant omnino, cum illos pudeat vel nominare *formas ſubſtantiales*, *inſtinctum*, & ſi quid aliud eſt hujus generis philoſophicum commentum, & neceſſitatem nihilominus agnoſcant principii ſenſitivi, & cognoſcitivi in Brutis, hoc cenſendi ſunt non renuere ſpirituale admittere, quotieſcumque probatum fuerit, quemadmodum praeſtat auctor noſter, & plenius etiam perficiam ipſe, materiam nullo modo ſentire, & cognoſcere poſſe.

Sed pergamus in numerandis iis, qui ſpiritualem expreſſe admiſerunt in Brutis animam. Doctiſſimus, & ingenioſiſſimus *Antonius Genuenſis* elegantiſſimam hac de re edidit diſſertationem (a). Plura ex hac depromam ipſe, cum opus fuerit. P. *Jac. Maria della Torre* & ipſe vir doctiſſimus hanc opinionem caeteris veroſimiliorem dicit (b). *Benedictus Stay Raguſinus* in ſuo elegantiſſimo, & prorſus miro Philoſophico poemate ea de

O re-

(a) Elem. Metaphyſ. T. 2. par. 2. pag. 273.
(b) Scienza della natura particolare n. 711.

rerum vel ſubſtantiarum diviſione habet, circa quae haec ſummus *Boſcovichius* opportunum cenſuit adnotare: *Sunt quaedam quae nec corpus ſunt, nec, ſpiritus, ut per Philoſophos pleroſque Brutorum animae quae a corpore ita pendent, ut cum eo intereant, & ſine ipſo vivere, ac agere non poſſint.... ſi enim dicatur corpus id, quod noſtros ſenſus afficit, ſpiritus vero vitae rationalis principium illud, quod poteſt cogitare, ac velle, quis affirmare poſſit, non eſſe alia ſubſtantiarum genera, quae nec cogitare nec ſenſus noſtros poſſint percellere?* (a). Et paulo poſt. n. 15. ſubjungit: *ſi forte Brutorum animae cognoſcendi ac volendi facultate praeditae ſunt, quod quaedam eorum operationes noſtris nimis analogae requirere videntur, poſſe eas facile a ratione Spiritualis ſubſtantiae removeri, ſi definitione ipſa aſſumamus, ſpiritualem ſubſtantiam eſſe eam, quae vim cognoſcendi, ac volendi habeat ita, ut a materia hujuſmodi vi experte in ſuo agendi modo, & in ſua conſervatione nequaquam dependeat. Ubi enim nobis per revelata principia conſtiterit, Brutorum animas corporum diſſolutione penitus interire, animos vero noſtros ſupereſſe, & adhuc cogitare, ac velle, nihil oberit illarum corpori conjunctarum cogitandi vis, ac volendi, quo minus illa definitione ſemel admiſſa, a ratione Spiritualis ſubſtantiae excludantur.* Quis porro non intelligit tandem aliquando non diſſentire Boſchovichium ab illorum plurium opinione, qui vel immateriales, vel expreſſe ſpiritua-

(a) Phil. recent. a Bened. Stay verſibus tradita Suppl. ad l. 1. §. 1.

tuales Brutorum animas dicunt, & in removenda ab hiſce immortalitate cum ipſo conveniunt prorſus?

Quae ſupra vidimus *Leibnitium*, ejuſque perpetuum admiratorem fidumque achatem *Wolſium* de Brutorum anima docuiſſe eadem paucis commutatis amplexus eſt *Auguſtinus Calmetus* Benedictinus ille celebratiſſimus in *Dictionario Biblico* art. *Beſtia edit. Gall.*, qui conſuli poteſt. Impius quidam & execrabilis recens Anglus ſcriptor animam in Brutis eiuſdem cum humana naturae admittit, & ab ea impio conatu removet immortalitatem, negando ſcilicet ipſas hominum animas eſſe, aut poſſe eſſe immortales (a). Inter plurimos, qui haec amentium dixerim potius, quam ſceleſtorum hominum deliramenta perbelle refellerunt, & confutarunt prorſus, maximum nactus eſt honorem *Eques Antonius Philippus Adami*, qui immortalitatem humanae animae ex ejus ſpiritualitate mire deducit ſolo uſus naturali ratiocinio (b). Hic argumentum ex anima Brutorum deſumptum ſibi una cum pluribus aliis objicit, illudque ſolvit non equidem ejus negata ſpiritualitate, quam fatetur plurimos eoſque celeberrimos Orthodoxos Philoſophos cum Magalotto defendere, verum attenta illorum omnium privatione, quae cum humanae animae ſpiritualitatem inſeparabiliter comitent, hanc, non

O 2 il-

(a) The grand Queſtion debated: *or* an Eſſay to prove that the ſoul of Man is not, neiter can it be immortal &c.

(b) La immortalità dell' anima provata colla dimoſtrazione della ſua ſpiritualità. Magaz. letter. di Liv. vol. 8. Marzo 1753. p. 80. *Et* Journ. Etr. de Paris vol. 5. Ann. 1754. pag. 69.

illam immortalem oſtendunt. Ita major, ſaniorque recentiorum Metaphyſicorum pars ratiocinatur; ſolam ſpiritualitatem vindicant animabus Brutorum; quin eiſdem immortalitatem competere non poſſe totis nituntur patefacere viribus, adeo ut apud plures invaluerit illas ſpirituales dicere, ne uno quidem addito verbo de Immortalitate; Apud plures etiam hoc jam in more poſitum eſt, videlicet ut cognitionem & ſenſum aſſerant in Brutis ne nominata quidem anima ſpirituali, quae illorum eſt principium, quam tamen cenſendi ſunt non excludere. Cognitionem & ſenſum & quidem acutum valde, & induſtrium in ipſis piſcibus admiſit *D. Klein* (a). Ita D. *Lyonnet* in notis ad Theologiam inſectorum (b), Et alii innumeri, quos longum nimis foret ſingillatim hic recenſere.

Atque hi non ii credendi ſunt, qui hujus cognitionis & ſenſus materiale voluerint eſſe principium, quemadmodum de *Buffon*, adverſus quem jure meritoque differit *Condillac* (c). Ille enim primum ſenſationis nomine illam motus actionem intelligit, quae impactus alicujus, aut reſiſtentiae occaſione oritur; In quo profecto a communi intelligendi modo prorſus aberrat: Secundo Brutorum ſenſationes natura diverſas vult eſſe a ſenſationibus hominum; diſtinguit enim corporeas & materiales ſenſationes ab incorporeis, & ſpiritualibus; illae brutis, hae hominibus conveniunt. Hæc in ſe ipſa contradictiones involuens ſuppoſitio eo D. *de Buffon*

(a) Bibliothéque raiſonnée to. 44. part. 2. p. 386.
(b) Theologie des Inſectes avec des remarques de M. P. Lyonnet t. 1. p. 3. 69. 194. & alibi.
(c) Traité des Animaux &c.

ſon traxit, ut in ipſo homine duo admitteret principia Materiale unum, ſpirituale alterum, quae inter frequens nimis, & hominibus fatalis pugna, eo quia primum ſaepiſſime prevaleat, omnibuſque noſtrum facultatibus imperet. Porro in Brutis materiale hoc principium tantum adinvenitur; ita tamen ut ex integro hoc ſyſtemate tandem colligere liceat, & collegit ſane *Condillac*, Bruta ſentire eodem modo, quo homines. Aſt, eodem egregie animadvertente, nihil inpetius, inefficaciuſque pro explicandis Brutorum operationibus hoc materiali prorſus ſentiendi modo, & principio. Ex his paucis facile colligere licebit cuique, D. *de Buffon* ex Carteſiana & illa ſcholaſticis familiari opinione *inſtincti* & *appetitionis* ſuam efformaſſe, e contra vero Abbatem *Condillac* ſpirituale principium admittere in Brutis. Hoc ab eo, quod eſt in homine, eſſentialiter vult differre, quamvis differentia dici poſſit tantum ſecundum magis & minus. Innumera ſunt in hoc tractatu digna quae legantur, & accurate notentur, quotieſcumque quaeſtio occurrit de principio Bruta animante. Optime Clariſſimus *Samuel Formey* animadvertit debuiſſe illum dici potius *Traité de l'ame des bêtes* (a). Non eſt hic pretereundus alius D. *de Buffon* non minus quam *Abbatis de Condillac* adverſarius, *Abbas* ſcilicet *de Lignac*, auctor Epiſtolarum ad Americanum quendam (b). Hic Epiſtola trigeſima præſertim & ſe-

(a) Lettre de M. L'Abbé de Condillac a M. Formey de Paris le 25. Fevr. 1756.

(b) Suite des Lettres a un Americain ſur le 4., & 5, Volumes de l'Hiſtoire naturelle de M. de Buffon, & ſur le Traité des Animaux de M. de Condillac a Hambourg 1756.

ſequentibus, de opinionibus diſſerit praedictorum auctorum circa Brutorum animam, & utramque reprobat, illam quidem D. *de Buffon* abſolute, & omnino, hanc vero *Abbatis de Condillac* relative tantum, ut nonnullis videtur, ſpectatis iis ſcilicet, quae pro illa affert auctor ille. Hi libri legendi ſunt; non enim poſſibile eſt paucis, quae in ipſis continentur referre.

De duobus anglis auctoribus pauca nunc ad propoſitum noſtrum refferre placet. Primus eſt *Hume*, qui ex maxima inter hominum, & Brutorum corpora analogia ſimilitudinem cauſae in utriſque effectuum, & operationum itidem ſimilium inferendam eſſe cenſet. Experientiam ducem & magiſtram ſucceſſivarum actionum ex aequo in utriſque admittit. Ex iis, quae olim paſſa ſunt Bruta, colligunt quid ſimilibus in circumſtantiis contingere ipſis debeat; educationis proinde & diſciplinae capacia ſe ſe exhibent. Non inde tamen inferendum eſſe monet ipſe *Hume* ratiocinationum ſeriem, vel ſyſtemata poſſe bruta moliri; Haec enim vires harum *intelligentiarum*, ut ipſe appellat, limites ſuperant longe. In hoc eſſentiale illud diſcrimen vult eſſe ſitum, quod homines inter & Bruta ipſa demonſtrat naturalis ratio. Deducunt quidem ex uno aliud & ipſa Bruta per Anglum Philoſophum ſed non ratiocinando, vel ut ipſius id explicem verbis = *Les inductions des animaux ne ſont pas le fruit du raiſonnement* (a). D. *Sulzer*, qui hoc opus Germanicum in ſermo-

(a) Eſſais Philoſophiques ſur l' entendement humain Par M. Hume &c. Traduit de l' Anglois. Tom. 1. Neuv. Eſſai ſur la raiſon des Bètes p. 6.

monem, tranſtulit, pluribuſque additionibus illuſtravit, correxitque, (& revera indiget, quod corrigatur; ſcatet enim impietatibus.) ſuam quandam exhibet opinionem circa judicandi cogitandique facultatis, quam non renuit largiri brutis, in iiſdem exercitium. Quidquid ergo ratiocinationis, vel etiam judicii in hujuſmodi animantibus elucet, totum admodum confuſis innititur ideis, adeo ut nunquam valeant clare diſtincteque ſibimetipſis proprium exhibere ſtatum, ſeque ipſa per internum quendam ſenſum, quem reflexionis actus indiviſibiliter comitetur, cognoſcere, quemadmodum homines praeſtare poſſe quiſque in ſe ipſo experitur. Quapropter videntur ipſi Bruta infantulis vel amentibus acquiparanda; verum ita ut eorum anima, non minus ac humana in quacumque aetate, aut habitudine corporis ipſi uniti, conſtanter primas logicae, ut ipſe loquitur, in agendo obſervet regulas, modereturque a generalibus illis principiis, a quibus omnes pendent cognitiones variis entium intelligentium ordinibus communes. Per hunc ergo Philoſophum praedictorum entium, in quibus agendi finitae, & limitatate ſunt vires, eſſentialiter non inter ſe differunt operationes, quas inter totum, quod eſt diſcrimen a modo, quo peraguntur, quique unus minorem vel majorem gradum diſtinctionis vel claritatis in ideis, & vis vel efficaciae in ratiociniis producit, tantummodo pendet. Demum quoniam *Hume* pretaer ſuperius notata *inſtinctum* tum in hominibus tum in brutis admittit, qui in eorum illativis praeſertim operationibus influat, & hunc abſolute reſpuit *Sulzer*, ipſumque admittere idem eſſe ait, ac rei

per ſe obſcurriſſimae novas eaſque majores offundere tenebras.

Alter Anglus ſcriptor, cuius ſyſtema ad rem noſtram referendum eſt, opus edidit = *An aſſay on ſpirit wherein the doctrine of the Trinity is conſidered in the light of nature and reaſon* &c. Ex diverſis ergo Corporis & Spiritus operationibus tantum nos diverſam illorum naturam deducere ſupponit primo hic auctor, ſtatimque infert, quod, cum materia incapax per ſe ſit actionis, omnes, qui in ea obſervantur motus, debent conſiderari & haberi tamquam immediate provenientes ab aliquo ſpiritu. Hinc ſpiritus eſt, qui gravitatem materiae quantitati proportionalem generat in corporibus: Hinc integrum rerum ſpectabilium ſyſtema, totumque immenſum reale ſpatium, quod Auctor hic videtur admittere, ſpiritibus refertum eſt, qui diverſis proprietatibus juxta diverſa obeunda munia a creatore donati ſunt. Voluntate tamen, aut libertate non pollent hujuſmodi agentia, ſed demandatum ipſis opus uniformiter conſtanterque exequuntur. Solus, qui hominem informat, ſpiritus libertatem a Deo obtinuit, & cum eo, qui in Brutis eſt, hoc habet commune, quod uterque ſcilicet mediis impreſſionibus in corpus ipſi unitum ſentiat, ab eodem autem diſcrepat, quod ille animadvertat, & recogitet, hic vero haudquaquam. Hoc porro diſcrimen videtur ipſi non aliunde probabiliter pendere, quam a diverſitate organicarum partium, quas illi informant, ut Scholaſticorum utar phraſi, quin in hoc uno innumerabilium, quos admittit, ſpirituum ſita eſt differentia, adeo ut ſpiritus, qui tur-

turbines procellaſque cauſat, aliis unitus organicis partibus, cogitare, ratiocinari, amare, odio proſequi poſſet. Quas ex hiſce deducit, blaſphemias adverſus Trinitatis Auguſtiſſimum Sanctiſſimumque myſterium non equidem huc afferam; ſufficit, quod conſtet ex dictis hoc etiam de Brutorum animabus Syſtema. Quot ſibi fingit monſtra, & quantum in phanatiſmum prona eſt mens humana, cum immoderato fervet novitatis amore! Hactenus expoſita opinio ad intemperantiam, uſque ſpirituales multiplicat ſubſtantias; cum e contra alius itidem Anglus fuerit ſcriptor, qui docuerit nos ipſam noſtram animam ut ſubſtantiam minime cognoſcere, ſed tantum ut ſyſtema, vel ſeriem plurimum perceptionum, quas inter nulla ſit perfecta ſimplicitas aut identitas; immo doctrinam immaterialis, ſimplicis, & indiviſibilis ſubſtantiae cogitantis nihil aliud tandem eſſe contendit, quam purum putidumque *atheiſmum*, vel *ſpinoſiſmum* (a).

Nunquam ad finem perduceretur haec hyſtorica diſſertatio ſi omnes ſpiritualitatis animorum in Brutis aſſertores praeter hactenus recenſitos perſequi vellem, pluriumque noſtrae aetatis nationum mores deſcribere, qui hiſce opinionem illam communem eſſe, & Sacram demonſtrant. Duo tantum non cenſeo omittenda peculiaria hac de re ſyſtemata preter illud P. Bougeant, de quo dicam ultimo loco. Praemitto au-

(a) A Treatiſe of human nature Being an attempt to introduce the experimental method of reaſoning into moral ſubiects.

autem elapſo anno opus prodiiſſe, cui titulus *Entretiens ſur la nature de lame des Bêtes*, in quo quatuor praecipuarum de Brutorum animabus opinionum examen inſtituitur, me autem judice non quantum rei dignitas poſtulare videtur. Concluſio hujus operis ad hoc reducitur tandem, non poſſe homines ob mentis brevitatem clare aſſequi, cuiuſnam naturae ſit haec Brutorum anima, quae in ipſis tamen videtur admittenda (a). Abſit vero quod hic non memorem clariſſimum, & doctiſſimum *Lamium*, qui diſertiſſimis verbis ſe eximium & efficacem praebet ſpiritualis animae in Brutis vindicem, & propugnatorem. Ipſas placet hic exponere phraſes, quibus hic doctiſſimus vir non veretur uti. Loquens ergo de cultu, quem Deo creaturae omnes praeſtant modo ſibi ipſis proportionato, inquit, *Ma qual culto gli daranno le beſtie? Un culto di maggior ſenſo, e cognizione, perchè dotate d'intelligenza, e in conſeguenza, di anima diſcorſiva, e però ſpirituale, e immortale, come il noſtro dotto* Lorenzo Magalotti *ha ſoſtenuto, e con lui altri Filoſofi egualmente dotti, e ortodoſſi; e il* P. Nicolai Lez. XIII. *la pone tra le ſentenze più veroſimili, e non pericoloſe*. Et poſt pauca affirmat de eadem opinione, *non ſe ne può ragionevolmente dubitare*. Hoc autem & ipſa ſcriptura Divina confirmari, ex pluribus ejuſdem locis, quae profert, colligit (b). Poſt quae ſubdit: *Fermate que-*

(a) Entretiens ſur l'ame des Bètes (Volume in 12. de 385. pages) A Bâle; & le trouvé a Paris che le Merçier, & che Lambert 1760.

(b) Novelle Lett. per l'an. 1761. Firenze 2. Gen. col. 3.

queſte coſe, dico io, ſe le beſtie conoſcono, ſentono comprendono; diſcorrono, ed hanno l' intelligenza di tante coſe non di gran momento; Si potrà creder poi, che non abbiano ſenſo, e cognizione alcuna del lor facitore Supremo del loro benefico conſervatore? Io mi ſommetto a tutti, ma veggo, che la Divina Scrittura ajuta, in un ſenſo proprio, e letterale, e che non repugna ad alcuno de noſtri Santi Dogmi, queſta ſentenza (a). Ad hoc vero probandum nonnulla alia in medium adducit ſcripturae loca, & tandem concludit, = *Ma queſte beſtie, che hanno tanto ſenſo, e tali affetti pel loro Autore, e conſervatore, non gli averanno nulla di riconoſcenza, e di riſpetto? Chi ſe lo può perſuadere? La loro obbedienza, ſe non altro, alla ſua legge eterna, non ſarà una venerazione, ed un culto*(b)? Adverſus haec plura obiecta fuiſſe duobus aliis in locis (c) refert idem *Lamius*, qui tamen omnibus ſatisfacit: Haec modo non exponam, ipſe; occurret enim opportunior id agendi occaſio.

Nunc tandem de duobus indicatis nupperrimis Syſtematibus. Primum fluit ex novo Syſtemate quod circa naturam entium ſpiritualium excogitavit D. *Cuenz*, qui anno 1752 diem ſuum obiit. Hic praedictum Syſtema Brutorum animabus accommodavit in Epiſtola, quam D. de *Sandoz* miſit, con-

(a) lo. cit. col. 7.
(b) lo. cit. col. 8.
(c) Novelle letterarie per l'anno 1761. Firenze 20. Feb., & 6. Marzo.

contendens novum quoddam Phaenomenon, aptius explicari non poſſe, quam in nova ſua opinione de entium ſpiritualium natura. Quaeſtio ergo eſt de aquatico quodam vermiculo vel inſecto, quod prius obſervavit D. *Trembley* in partes plures diviſum multiplicari, in ſingulis ſcilicet totius priſtinam poſt parvum tempus acquirere integritatem, & de quo celeberrimus *Marchio Scipio Maffejus* mentionem facit ſcribens ad *D. Joſephum Zinannum comitem Ravennatem*. Hujus verba referre opportunum cenſeo, ut melius quiſque, qua de re agatur, aſſequi poſſit. = *Ben ſapete*, inquit, *che non è più ſolo quell' inſetto d' acqua dolce, cui per la ſomiglianza co' Polipi marini ſaggiamente ſi è dato il nome di polipo, che tagliato e diviſo, ſi ſia fatto vedere al Signore Trembley in Olanda diventar due. Sapete, che il Signore di Reaumur così fedele interprete della natura per ogni genere d' inſetti, ha fatta la prova con altre ſpezie di eſſi, in più d' una delle quali ha veduto il medeſimo. Ne lombrichi terreſtri per eſempio, che ſon sì communi, ha veduto come tagliati a mezzo in vece fra qualche tempo di morire, come ſi ſarebbe creduto, l' una metà fà la coda, che gli manca, l' altra la teſta, ſi allungano a ſufficienza, benchè non quanto prima, e diventano due vermi ſani, e perfetti. Anzi molto maggior meraviglia, per atteſtato di ſoggetti, a quali non ſi può negar fede*, (Sunt autem praeter hic a Maffejo memoratos *Bonet*, *Lyonnet*, *Gerard de Villars*, *Bazin* &c.) *ſi è ritrovata, che di alcuni vermi più lunghi quanti pezzi ſi ſanno* (inter alios unus ſectus fuit in 8, 10, 20,

30.,

30, & 40 partes) *tanti interi vermi in pochi dì ſi formano. Baſta vedere il tomo* VI. *delle memorie per la ſtoria degli inſetti. Anche il P. Aleſſandro Mazzoleni dell' Oratorio ha fatte in Roma con tutta accuratezza più eſperienze di queſto genere, e ne ha veduti gli effetti* (a). Hiſce praemiſſis en tandem quid *Cuenz* ſentiat de Brutorum anima. Haec ejuſdem eſt naturae in ipſis & in homine, Spiritualis videlicet. Aſt quid eſt res ſpiritualis per hunc auctorem? *Spiritus creati*, inquit, *ſunt inviſibiles & reſpectu noſtrorum ſenſibilium ſenſuum impalpabiles, ſenſibilitate, & activitate praediti, & per Dei voluntatem indeſtructibiles, & immortales*. Haec eſt definitio ſpiritualium entium, quam primo tradit; Quod vero ſummam Syſtematis continet, quod naturam ſpirituum per hunc auctorem conſtituit, hoc tandem eſt, *flatus* ſcilicet, *Spiritus* Dei, de quo toties ſermo eſt in ſcripturis. Spiritus ergo creati *emanationes* ſunt hujus *flatus*, vel *virtutis* Dei: Non ſunt ſubſtantiae, immo repugnat ſubſtantias admittere abſolute inextenſas, abſque partibus, & per ſe exiſtentes. Supremum itaque *Ens* hanc a ſe ipſo emanatam vel emanantem virtutem a prima rerum creatione deſtinavit ad mirum univerſi ordinem ſervandum, ad formanda videlicet per mechaniſmum nobis ignotum ea omnia corporea entia, quae hactenus extiterunt, vel extitura ſunt, & ipſis impertiendam in ſtatuta menſura vitam, & motum, vel, ſecundum exigentiam cauſarum finalium,

(a) Della formazione *de' fulmini* Lett. 12. p. 120.

lium, propriam conſcientiam, & capacitatem ſentiendi cogitandique &c. Hinc patet omnem inter praedicta entia differentiam ad ſolam reduci mechanicam illorum conſtitutionem per hunc auctorem. Et ſane hoc primum probat de hominibus & Brutis ſimul comparatis, extenditque poſtmodum ad reliqua. Non eſt opus ut magis exponam, quomodo relata ſuperius inſectorum phaenomena explicet *Cuenz*, & ex illis precipuum trahat pro ſuo ſyſtemate argumentum; ſatis enim hoc patet ex dictis. Quoniam autem illud ut abſurdum, & religioni contrarium ſuo loco refellere in animo eſt, haec pauca de ipſo nunc attigiſſe ſufficiat.

Ad alterum ergo progredior, quod D. *Ludovicus Barbieri Comes Vincentinus excogitavit*. Doctiſſimus hic vir nulli ex hactenus vulgatis de Brutorum anima ſyſtematibus ob maximas in ſingulis ſibi occurrentes difficultates acquieſcere cum non poſſet, alia aggreſſus eſt penetrare via hoc philoſophicum myſterium. Statuit ergo primum auctor Bruta Spirituali anima praedita quidem re ipſa non eſſe, eſſe tamen poſſe, ſeu poſſibilem tantum eſſe in Brutis hujuſmodi animam, Deum autem ſua immediata Omnipotentia hujus ſupplere vices, eas omnes ipſemet in illis producendo operationes, quas previdet, fore ut perageret anima illa poſſibilis, ſi in eiſdem eſſet. Non aptius exponi poterit hoc Syſtema, quam ipſis auctoris verbis. Hic porro in Epiſtola ad P. *Zacchariam* ſic de illo differit = *I fenomeni di queſte* [*Beſtie*] *hanno certamente rapporto ad un principio ſenſitivo* [*per non dir di più*] *e intereſſato nella conſervazione della ma-*

chi-

china. Queſto principio ſenſitivo però, che dovrebbe eſſere niente meno, che uno ſpirito uguale a qualunque altro, ripugna alla ſapienza, e alla Bontà Divina, che vi ſia di fatto, e ineſiſta nel corpo de Bruti. S'egli vi eſiſteſſe non influirebbe già fiſicamente, e per propria ſua forza nelle operazioni eſteriori della machina, ma ſolo occaſionalmente, ſecondo cioè le leggi occaſionali di congiunzione col corpo, e ſarebbe Dio, che produrebbe ciaſchedun movimento, come egli li produce in noi pure a norma delle volizioni, e delle tendenze dello ſpirito noſtro. Ora io non trovo punto abſurdo, ò incredibile, che Dio produca queſti movimenti ſul modello di un' anima poſſibile a crearſi da lui, l' eſercizio della quale, ſi limitaſſe a nozioni, e a tendenze ſenſitive, appetitive &c. (a). Idem *Zaccharia* de hoc Syſtemate opinatus eſt, quod vel cum Carteſiano conveniat, vel cum illo omnium ferme veterum, & nonnullorum etiam ex recentioribus, ſcilicet quod *Deus ſit Anima Brutorum*. Clariſſimus auctor in citata epiſtola utrumque removere nititur: Nihilominus illud alterum mihi videtur evitare non poſſe. Conferantur cum hac opinione *Barbierii* illa quae *Bayle* pluribus in locis (b), & Bernard referunt de illis, qui *Deum* Brutorum animam dixerunt (c). Interim notare placet quid de hac ſentiant tum *Zaccharia*, tum *Nico-*

(a) Storia letteraria d'Italia vol. *6.* l. 1. c. V. p. 139.
(b) Dict. art. Anaxagoras, Celapinus, Rorarius &c.
(c) Nouvel de la Repub. des lettr. 1709. Oct. p. 489. ſuiv.

colai. Ille quidem *Noi*, inquit, *domandiamo: Sarà queſto ſiſtema più fortunato di quello del P.* Bougeant*? Ne dubitiamo, perchè a noi pare incontrarſi in eſſo le medeſime difficoltà, che hanno il ſiſtema Carteſiano, e quello del* Magalotti, *anzi maggiori* (a)........ *I Teologi temeranno ancora, che da queſto ſiſtema peggiori conſequenze non ne traggano gli empi, che da quel di* Carteſio (b). Alter autem = *Più temperati penſieri, ma non accettabili ſenza eſporre a pericoloſe conſeguenze l'anima umana, ha propoſto il dotto Co.* Barbieri *nel ſuo nuovo ſiſtema intorno all'anima delle beſtie* (c).

Sed opinionum pro anima ſpirituali Brutorum nimis forte prolixam ſeriem claudat tandem chimericum, & ridiculum prorſus *P. Boujean* ſyſtema, de cujus controverſa novitate, opportunum non exiſtimo ulterius quaerere. Pauca etiam de hoc dicam, eo quia notiſſimum jam ſit. Statuit ergo primum hic auctor Dœmones, quamvis ſtatim poſt patratum crimen damnatos ad aeternum ſupplicium, hoc tamen non omnes plecti modo, verum in extremum Judicii diem plurimis ſervatum eſſe. Haec porro malorum Spirituum prodigioſa multitudo in tentandis hominibus partim, partim vero in animandis Brutis occupatur, ſicque finibus Creatoris inſervit, ejuſque Sapientiam, & Omnipotentiam ſuis patefacit modis. Praecipuum fundamentum, cui innititur hoc ſyſtema, eſt hujuſmo-

(a) Storia lett. d'Italia vol. 3. l. 1. c. 8. pag. 277.
(b) loco cit. p. 278.
(c) Lez. XIII. p. 220:

modi, neceſſitas, ſcilicet principii Spiritualis in Brutis, a quo horum pendeant operationes. Porro hoc ſubſtantiam eſſe illius generis & naturae, quamvis imperfectioris, & quidem eſſentialiter, cujus eſt anima humana, repugnare religioni, & immediate laedere praecipua Dei attributa, opinatur lepidus, & jocoſus ille Philoſophus. Hujuſmodi enim Spirituales ſubſtantiae immortales, & liberae, meriti & demeriti, proindeque praemii & punitionis capaces eſſe deberent, ſecus ac Religio doceat; Quin plurima illa, & ingentia mala, quibus, ſtatim ac uniuntur corporibus, incipiunt affici, injuſtitiam in Deo arguerent; Demum nullum eſſet hominibus jus in illorum vitas. Haec autem abſurda nullum, inquit, habere locum in nova ſua opinione. Perfecta enim Metempſycoſis datur in Brutis, quae ſi patiuntur, jam eſt, cur ita eſſe debeat, homineſque, veluti Divinae irae miniſtri, jure meritoque ipſis infligunt mala & paenas. Videri forte alicui poſſent Bruta in hac opinione hominibus perfectiora, ut quae perfectioribus animata Spiritibus; verum quidquid in hoc latere poteſt difficultatis putat *Bougeau* tolli optime per dependentiam, quam in operando habent illi ab organis, quibus uniuntur. Demum ex eo quod ſentiant, & cognoſcant Bruta infert debere eadem veram & ordinatam inter ſe invicem ducere ſocietatem, adeoque ſe mutuo alloqui modo eorum ideis proportionato; Et ne videretur minus quoad hoc largiri brutis, quam *Porphirius*, minuſque in illorum interpretandis ſermonibus ſagax *Melampo*, *Tireſia*, & *Apollonio Tyaneo* ... P ... (a), ſu-

(a), fuſe differit de modo, quo facile, eorum intelligi poſſint ſermones, & ad indecentiam uſque eorundem amatorias perſequitur conſuetudines. Haec *Bougean* de Brutorum anima neſcio, num ſerio, & ex animo, an vero potius per jocum, ut titulus operis videtur innuere (b), effutire non eſt veritus. Contra ipſum ſcripſit *Hildrop*, de quo ſuperius, & Auctor operis *Reflexions ſur l'Ame des Bêtes en forme d'amuſement philoſophiques*.

Quod huic ſyſtemati opponendum reperit *Guerius* ad hoc reducitur = *Du reſte je ſuis*, inquit, *Perſuadé, que le plus grand défaut de cet Ouvrage eſt d'avoir eté fait par un Religieux, & peut-être par un Jéſuite* (c). P. vero *Zaccharia*, cum ea de eodem ſyſtemate habeat, quae videri poſſint huic Guerii judicio admodum analoga, & digna, quae referantur, non eſt equidem praetermittendus; Sic ergo differit: *Il certo è, che il P.* Bougeant *Autore di queſta opinione, che altri però vogliono antica, la propoſe per mero piacevole intertenimento, onde al ſuo libretto diede il titolo* d'amuſement Philoſophique ſur le langage des Bètes, *ed é anche vero, che ſe egli ſapeva meglio occultarſi, o ſe non egli ne foſſe ſtato l'Autore, ma qualche* Monſieur, *non che dovuto ſi foſſe ritrattare, avrebbe veduta l'opinion ſua almeno dagli adulatori della ſua nazione riguardarſi, e difendere, come un probabil*

(a) Fleuri, Hiſt. Eccleſ. T. 1. p. 120.
(b) Amuſement philoſophique ſur le langage des Bêtes.
(c) Hiſtoire critique de l'Ame des Bètes. T. 2. pag. 346.

bil ſiſtema, quanto lo è quello di Des-Cartes. *Ma la diſgrazia volle che e' foſſe* Geſuita, *e di più il P.* Bougeant *poco accetto in certi paeſi per altre ſue opere; onde come ſe non per genial paſſatempo aveſſe quel ſuo penſamento propoſto, ma qual ſua ſicura ſentenza, con una ſconcia, anzi impudente ſatira &c.* (a). Non diſſimilia ſunt quae habet Encyclopediſta auctor articuli *Ame des Bêtes*; eaque referre opportunum & utile cenſeo. *On peut dire*, inquit, *que le P.* Bougeant *a decrit avec beaucoup de vivacité leurs amours* (Brutorum), *& que le dictionnaire qu' il donne de leurs phraſes tendres & voluptueuſes, vaut bien celui de l'Opera. Voila ce qui a revolté dans un Jéſuite, condamné par etat à ne jamais abbandonner ſon pinceau aux mains de l'amour. La galanterie n'eſt pardonnable dans un ouvrage philoſophique, que lorſque l'auteur de l'ouvrage eſt homme du monde; encore bien des perſonnes l'y trouvent-elles deplacée. En pretendant ne donner aux raiſonnemens, qu'un tour leger, & propre à intereſſer par une ſorte de badinage, ſouvent on tombe dans le ridicule; & toujours on cauſe du ſcandale, ſi l'on eſt d'un état, qui ne permet pas a l'imagination de ſe livrer a ſes ſaillies. Il paroit qu'on a cenſuré trop durement noſtre Jeſuite, ſur ce qu'il dit, que les bêtes ſont animées par des diables. Il eſt aiſé de voir, qu'il n'a jamais regardé ce ſyſteme que comme un' imagination biſarre & preſ-*

P 2 *que*

(a) Storia letteraria d'Italia vol. 3. l. 1. cap. 8. pag. 276.

que folle....... Ce n'eſt pas que ce ſyſtême ne réponde a bien des difficultés & qu'il ne fut aſſez difficile de le convaincre de faux: mais cela prouve ſeulement qu'on peut aſſez bien ſoutenir une opinion chimérique, pour embaraſſer des perſonnes d'eſprit; mais non pas aſſez bien pour les perſuader........ Pour moi, s'il m'eſt permis de dire mon ſentiment, je trouve ce petit ourage charmant & tres-agréablement tourné. Je n'y vois que deux defauts; celui d'être l'ouvrage d'un Religieux; & l'autre, le biſarre aſſortiment des plaiſanteries qu'y ſont ſemées, avec des objets qui touchent a la Religion, & qu'on ne peut jamais reſpecter (a). Guerius ſane, qui omnia ab ipſo relata ſyſtemata evertit, & irridet prorſus, hoc alia, & quidem humaniore videtur verſare manu; illud enim confirmat potius, & ab adverſariorum tutatur telis. Ne autem ex corde pariter illud videretur tenere, (ſic enim laeſiſſet profecto Pyrrhoniſmum, quod de Brutorum anima una cum pluribus aliis ſupra indicatis auctoribus ſatius tueri putat (b)) poſt ſuperius ex ipſo relata ſubdit, & concludit = *A mon egard qu'on ne s'attende point que J'en donne ici la refutation: ce ſeroit ſe rendre ridicule, que d'entreprendre de refuter une pure badinerie. D'ailleurs ſe ſens que mes forces épuiſées commencent á m'abbandoner* (c). Proh caliditas!

De

(a) Encyclopedie, ou Diction. raiſon. &c. T. 1. pag. 297. edit. de Lucques.

(b) Hiſtoire critique &c. t. 2. p. 351.

(c) loco cit. pag. 346.

De controverſa huius ſyſtematis antiquitate jam monui me opportunum haud cenſere fuſius quaerere; Hoc tantum animadverto, *Guerium*, poſtquam retulit, P. *Bougeant* ex Scripturis ſuum confirmaſſe ſyſtema, (in quo eum reprehendit; quia ut ipſe opinatur = *L'Ecriture ne doit Jamais entrer pour rien daus un ſyſtême de la nature de celui ci* (a), & Scripturae auctoritatem addiſſe *Victoris Presbyteri Antiocheni*, aperte contendere, addere etiam potuiſſe ſententias omnium ferme doctorum, qui primis quatuor Eccleſiae ſaeculis floruere: Juſtini ſcilicet, Irenæi, Tertulliani, Origenis, Lactantii, & ipſius Auguſtini, demumque Angelici doctoris, quem, monet, expreſſe aſſerere noxiores ex Daemonibus ſtatim poſt lapſum damnatos fuiſſe ad Inferos, alios vero aera incolere; Quod itidem tanquam certum praebet S. Bonaventura, qui de hoc tantum poſſe dubitari contendit, utrum ſcilicet patrati criminis paenas luant vel in ipſo aere locati praedicti Spiritus (b). Equidem ſi haec probant novum non eſſe *Bougeant* ſyſtema, idem conficient etiam quaecumque de Geniis, Daemonibus vel familiaribus Spiritibus tenuit antiquitas. Hac de re fuſe diſſerit alibi citatus *Anglus ſcriptor* (c). Videri etiam poteſt D. *Le Gendre* (d).

 Ni-

(a) loco cit. pag. 336.
(b) S. Juſtin. *Apol.* 1. S. Iren. *adv. Haer. l.* 5. Tertull. *Apol. c.* 27. Orig. *in c.* 22. *Numer. Homil.* 13. Lact. *Divin. Inſt. l.* 3. *c.* 29. S. Aug. *l.* 2. *de Gen. cont. Manich. c.* 17. S. Thom. *Diſt.* 6. *art.* 4. & 1. *queſt.* 64. *art.* 4. S. Bonav. *diſt. art.* 2. *queſt.* 1.
(c) pag. 216. hujus operis
(d) Traité de l'opinion, T. 2. p. 172. & ſeqq.

Nihil ſane clarius & efficacius ad hanc veterum opinionum patefaciendam illo *Lucani*

Quodque patet terras inter, caelique meatus.
Semidei manes habitant (a).

Similia habent *Philo* (b), *Apulejus*, *Palingenius*, *Prudentius* (c), pluresque etiam ex Sanctis Patribus, inter quos unum ſeligo *Hieronymum*, qui ita loquitur = *Haec autem doctorum omnium opinio eſt, quod aer iſte, qui caelum & terram medius dividens inane appellatur, plenus ſit contrariis fortitudinibus* (d). Tenebricoſa illa aetate non admodum tamen remota, cum nempe depravata & corrupta prorſus Philoſophia prodigia, viſiones, monſtra crepabat, haec veterum ſomnia excitata fuere, & adoptata. Commenta ſcientiae Cabaliſticae adeo ſunt nota, ut ſupervacaneum omnino ſit in hac re aperienda diutius immorari; Ipſi in admittendis ſpiritibus temperatiores philoſophi, familiares daemones prorſus tamen non excludebant, ut conſtare poteſt ex operibus Cardani (e), de cujus ſingulari opinione circa Brutorum animam dicam paulo infra.

Ex his ergo videri poteſt originem trahere opinio *Bougeant*. Suam certe trahit illa, quam vul-

(a) lib. 9.
(b) *Philo de Gigant*
(c) Apul. *de Deo ſoc.* Paling. *Zodiac. in libra cant.* 7. Prudent. *contr. ſym. l.* 2.
(d) Hieron. *in Epiſt. ad Galat.*
(e) Cardan. dial. Tetim. & de rer. variet. l. 16. & de vita propr. c. 47.

vulgavit *Abbas de Villars* fabulam potius, quam philoſophicum ſyſtema venditare volens. Cabaliſtarum figmenta in medium profert ille, ut *his populus rideat*, *multumque toroſa juventus ingeminet tremulos naſo criſpante chachinnos*. Illa inquam, opinio, quam vulgavit *Villars*; Baelius enim haec habet de opere, cui titulus *le Comte de Gabalis*, quodque abſque ulla dubitatione *Abbati de Villars* tribuit *Guerius*. = *On imprima a Geneve en 1681. quelques ecrits, qu'on lui attribue*; (ſermo hic eſt de *Equite Joſepho Franciſco Borri Mediolanenſi*] *Ils peuvent etre reduits a deux; a des lettres ſur des matiers de Chymie, & a des Reflexions Politiques. Le primier de ces deux ouvrages eſt intitulé* : La chiave del Gabinetto del Cavaliere Giuſeppe Franceſco Borri Milaneſe. *Il continent dix lettres, dont les deux premiers, datèes de Coppenhagen l'an 1666. ne ſont autre choſe en ſubſtance, que* le Comte de Gabalis, *que* M. l'Abbe de Villars publia l'an *1670*. *Je donne a examiner aux curieux le quel de ces deux ouvrages doit paſſer pour l'original* (a). Ommiſſa prorſus hac queſtione, illud adnotandum cenſeo, ipſum Baelium fateri poſtremam ex decem indicatis epiſtolis ſyſtema Carteſianum de Brutorum anima exponere, & tueri (b), cum e contra opus *Abbatis de Villars* totum ſit de Spiritibus Bruta animantibus, qui *Gnomes*, *Sylphes*, *Ondins*, *&c.* appellantur. Ut autem hoc ſyſtema probe aſ-

(a) Bayle. dict. T. 1. pag. 616. rem. H.
(b) loco cit.

ſequatur, en quomodo in *Encyclopedia* exponitur. Vigneul Marville *dans ſes melanges de litterature & d'hiſtoire tom. 1. pag. 100. rapporte que dans une conference tenue chez M. Rohault, un Philoſophe de l'Ecole ſoutint qu'il y a une infinité d'eſprits, qui rempliſſent les elemens, le feu, l'air, l'eau, & la terre.* des Salamandres, *des* Sylphes, *des* Ondins, *& des* Gnomes; *que ces derniers ſont employés a faire agir les machines des animaux, qui habitent ſur la terre &c.* (a). Plura habet etiam hanc in rem *Chambers*. Videri quoque poteſt Bayle art. *Anchiſe*, praeſertim vero art. *Rorarius*, ubi eadem refert, quae Encyclopediſta, addens tantum = *Le diſcours qu'il fit* (praedictus Philoſophus) *eſt tourné d'une maniere tres-ingenieuſe, & merita, que Mr.* Pequet *dit a l'Auteur que „Si cette agreable Syſtême n'étoit pas vrai, qu'au moins il etoit bene trovato.* Ad aſſequendas autem potiſſimum ridiculas Rabbinorum de hujuſmodi Daemonibus commentationes legi poſſunt *Bibliotheque Babbinique T. I. pag.* 287, *& Calmet diſſertations ſur les bons, & les mauvais anges.* Citat etiam *Guerius*, qui fuſe haec perſequitur deliramenta, hiſtoriolam inſcriptam *le ſylphe*, & Epiſtolam D. *Rouſſeau* ad D. *de la Foſſe* t. 11. pag. 72., in quibus ea irridentur, & in jocum vertuntur. Auctor *della confutazione Teologico-Fiſica* opinionis Derhami circa habitatores planetarum, hoc ſibi fuſe probandum aſſumpſit, ſcilicet = *quanto ſia aſſurda l'opinione d'al-*

(a) Encyclop. T. 7. pag. 632. edit Luc.

cuni, che dicono gli animali irragionevoli animati da' folletti. Qui vero contra hunc ſcripſit, texuitque *l'Eſame Teologico-Fiſico del Syſtema di chi ſoſtiene abitati* &c. cum animadverterit, praedictam opinionem damnatam fuiſſe *ſantiſſimamente anche da Roma*, ſubdit: *Il bello è, che anche dopo la condanna da taluno ſe n'è parlato in Italia* [*e parmi anche fuori*] *in maniera, che non mi pare con quel riſpetto, che ſi deve a tali condanne* (a).

Haec ea ſunt, quae de auctoribus animam Spiritualem in Brutis vario quidem modo admittentibus ad eruditionem, & commodum lectorum colligere potui, & iis, quae profert *Guerius*, addenda cenſui. Aſſerat ille nunc *hanc opinionem minus communem eſſe, & a nonnullis tantum propugnatam* (b); jactet nunc *Abrahamus de Chaumeix*. Bruta *ut vera & ſimplicia automata haberi, & habita ſemper fuiſſe a maiori ſaniorum Philoſophorum parte* (c). Profecto ſaltem in hac noſtra Italia nihil Scholis ſolemnius, quam in Brutis admittere principium aliquod activum, cognoſcendi ſcilicet, & ſentiendi capax. *Inſtinctus, formae Subſtantiales, automata* ne nominantur quidem. Nonnulli verentur tantum ſpirituale illud expreſſis dicere verbis, ſed tale tandem ponunt, vel ponere coguntur ſaltem.

Verum aliqua nunc dicamus opportet de illis, qui *inſtinctum*, vel *formas ſubſtantiales* pro Ani-

(a) loco cit. pag. 30.
(b) ſupra pag. 198.
(c) lo. cit. pag. 187.

Anima Brutorum poſuerunt, dicturi tandem de aliis, qui Carteſianum ſyſtema adoptarunt. Perdifficilem utique provinciam ſuſciperem, ſi illorum omnium & nomina, & ſcripta notare vellem, qui pro *inſtinctu* & *formis ſubſtantialibus* ſteterunt. Integra ferme ſe ſe exhiberet numerandam Peripateticorum vetaerumque Scholaſticorum turba, cujus agmen ducit, teſte *Guerio, Johannes Damaſcenus*, qui octavo ſaeculo floruit, & ad lucem traxit Scholaſticam philoſophiam (a). Non eſt tamen credendum Peripateticos & Scholaſticos omnes Brutorum animam *inſtinctum*, vel *Subſtantialem formam* dixiſſe; Major enim illorum pars nil maluit de ea quaerere, & philoſophari, ſed totum olim terebat tempus & ſtudium in innumeris perſequendis quaeſtionibus, quas puderet vel referendo ad hodiernam eximiam micantemque adeo philoſophiae lucem evocare. Videri nihilominus de hiſce poteſt opus inſcriptum *Monarchia Solipſorum* (b). Ex jam relatis de Brutorum anima opinionibus colligi poteſt quidnam illis barbariae temporibus inter fediſſimas Ariſtoteliſmi tenebras in re noſtra excogitare valuerint plures. Cum autem me pigeat plura oblivione digna recenſere nomina illorum ſcilicet *dont*, ut inquit Guerius (c). *les ecrits obſcurs inconnus aux Sçavans languiſſent*,

gra-

(a) Hiſtoire critique &c. t. 2. pag. 7.
(b) Luc. Corn. Europaei Monarchia Solipſorum 1648. cap. 6. & 15.
(c) loco cit. pag. 7. & 8.

Digitized by Google

grace a Dieu, dans la pouſſiere des Bibliotheques, parcus in hac meae hiſtoriolae parte ero.

Pluribus ergo praetermiſſis mentio mihi primum occurrit facienda operis, quod adverſus alibi memoratum *Charron* (a) edidit *Chanet*, cui titulus *Conſiderations ſur Charron*: Hoc cum refutaverit D. *de la Chambre*, *Chanetus* rurſus reſpondit opus edens *de l'inſtinct, & de la Connoiſſance des animaux* (b) quo fecit, ut *de la Chambre* optimum ſuum ederet tractatum *de la connoiſſance des animaux, ou tout ce qui a eté dit pour & contre le raiſonnement des Bêtes eſt examiné*. Guerius animadvertit D. *de la Chambre* in hoc tractatu inter plura hoc etiam contendere, ſolius nempe immaginationis ope, quam vult facultatem eſſe omnino materialem, poſſe Bruta percipere, cogitare, & ratiocinari (c); unde videtur colligere tenuiſſe illum cum veteribus peripateticis animam materialem in Brutis. Unum hic ipſe noto, quod vellem intelligeretur de omnibus ſimilia aſſerentibus, ſcilicet percipiendi, cogitandi, ratiocinandique facultates, quin & ipſas Brutorum animas ab aliquibus dici potuiſſe materiales, attenta ſcilicet immediata, & neceſſariâ dependentia, quam in reſpectivis exercendis actibus totaliter habent a materia, vel organicis partibus. Fuſe hoc perſequi poſſem: Verum hic hiſtoricum, non philoſophum ago. *Inſtinctus* in Brutis patronum, apertumque fautorem facit *Gue-*

(a) pag. 205.
(b) a la Rochelle 1646. in 8.
(c) Hiſtoire criti. &c. t. 2. pag. 273.

Guerius D. Le Gendre (a). Sed conemur prius explicare, quid ſit hic *inſtinctus*, & apparebit poſtmodum clarius, quinam videri debeant illum admiſiſſe. *Guerius* cum dixerit *formas ſubſtantiales* depromptas fuiſſe a Peripateticis ex eorum oraculo *Ariſtotele*, inſtinctum vocat *une eſpéce d'enfant trouvé, & un ſentiment purement populaire.... le ſentiment des ignorans, des gens qui n'ont aucune teinture aucun principe de Philoſophie* &c. (b); tandemque, ſi quid aliud eſt praeter puram vocem, ait eſſe, ut vulgo illum definire ſolent, *une loi etablie par le Createur, ſuivant la quelle l'animal ſuit naturellement un cours d'actions réglées, dont la fin ſe rapporte a ſa conſervation* &c. (c). Hoc autem poſito videri poſſent recenſendi inter illos, qui *inſtinctum* admiſerunt pro Brutorum anima, illi omnes, qui extrinſeco cuidam principio illorum operationes adſcripſere; Hujuſmodi enim principium tandem aliquando videri poſſet coincidere cum praedicta lege à Creatore ſtatuta. Sic Auctor operis *eſſais nouveaux de Morale* excuſſi *Pariſiis an 1686.* negans eſſe in Brutis animam rationis capacem, fatetur eorundem actiones dirigi & pendere a quadam exteriori ratione, & *que cette raiſon & cette ſageſſe. qui les conduit, eſt une ſageſſe & une raiſon plus excellente, & plus ſure que celle de l'homme* (d)....... *La raiſon,* [illegible] per-

(a) Traité de l'opinion

(b) Hiſtoire critique &c. T. 2. p. 189.

(c) loco cit. pag. 191.

(d) Nouveaux eſſais de Morale pag. 30. *videri etiam poteſt* Nouvelles de la republique des lettres Mois d'Octob. 1686. pag. 1196. &. ſegg.

pergit idem auctor, *qui opere dans les Bêtes n'eſt pas en elles....... c'eſt, comme dit* S. Thomas *apres tous les anciens Peres, la ſouvraine & eternelle raiſon de l'Ouvrier ſupreme, qui conſerve ſes ouvrages & qui les conduit aux fins, pour leſquelles il les a creez, par des reſſorts ſecrets qu' il a mis en eux, qui ſont diverſement determinez ſelon les rencontres, pour faire mille ſortes de mouvemens divers, ſelon leurs differens beſoins* (a). Similia ſunt, quae habet *Bernard* contendens ipſos mechaniſmi audaciores patronos cogi ad aliquid ulterius in Brutis admittendum; inquit enim *Il ſeroit beaucoup plus court de ſe contenter de dire en general, que dieu, qui vouloit, que leur* (belluarum) *machine ſubſiſtât pendant quelque tems, a par ſa ſageſſe infinie diſpoſé leurs parties convénablement a cette intention;* additque hoc in ſenſu, ideſt, ut mihi videtur, in ſenſu *inſtinctus* ſuperius deffiniti, poſſe accipi alibi a me memoratam plurium Philoſophorum Theſim *Deus eſt anima Brutorum* (b). Ejuſdem ſenſus forte capacia etiam ſunt, quae de Brutis differit *Grotius de jure belli & pacis;* Sic enim de principio loquitur, a quo praeſertim nonnullas illorum pendere exiſtimat operationes *Caeterarum*, inquit, *animantium quaedam utilitatum ſuarum Studium, partim fetuum ſuorum, partim aliorum ſibi congenerum reſpectu, ali-*

(a) loco cit. pag. 32.
(b) Nouvelles de la Republique des let. Oct. 1700. p. 419. & ſegg.

liquatenus temperant : quod in illis quidem procedere credimus ex principio aliquo intelligente extrinſeco , quia circa actus alios , iſtis neutiquam difficiliores par intelligentia in illis non apparet (a). Haec, inquam, trhai poſſe ad opinionem *inſtinctus* aeque ac ſuperius allata videntur mihi. Caeterum *Gaſpar Ziegler* in nota ad relata *Grotii* verba conqueritur, non ſatis clare explicaſſe illum, quid ſentiret de natura praedicti exterioris principii ; Si enim, inquit, ipſam intellexit Divinam Providentiam, jam iniurioſis reprehenſionibus Doctoris *Huarte* obnoxius factus eſt, qui contendit non eſſe Phenomena a Philpſophis explicanda per immediatam Dei actionem (b). Satius proinde fore, ait idem *Ziegler*, *inſtinctui* tribuere omnem animalium brutorum dexteritatem, & induſtriam, ut monet opinatos eſſe duos, quos etiam citat, auctores. En ejus verba: *Nos omnem Brutorum induſtriam ad* inſtinctum *referimus naturae cum* Sperlingio *noſtro* l. 1. Inſt. Phyſic. c. *6.* p. 3. *& eum ſecuto* Joh. Frid. Hornio de ſubiect. jur. nat. c. *6.* (c). Hoc porro non mihi videtur excludere explicationem ſuperius a me verbis *Grotii* adhibitam. Sed ne illud conficit, quod adverſus *Grotium* habet *Oſiander*, ſcilicet principium illud extrinſecum debere eſſe aut Deum, aut Angelum, aut Animam univerſalem, quam admiſit *Averroes:* quarum tamen opinionum ullam admittere pudere

(a) de Jure belli & pacis Proleg. n. 7.
(b) Ad caput 7. de l'axamen des eſprits.
(c) Ziegler in Proleg. Grotii pag. 5.

re debet ſanae mentis virum (a). Idem *Oſiander* acriter quoque reprehendit D. *Saumaiſe*, eo quia Bruta rationis expertia non voluerit quemadmodum plures alii a me ſuo loco recenſiti Philoſophi ſenſerunt, reprobatque ideo definitionem a *Juſtiniano* l. 1. Inſtitut. tit. 2. traditam *juris naturalis* qua dicitur *jus naturale eſſe quod natura omnia animalia docuit. Nam jus iſtud non humani generis proprium eſt, ſed omnium animalium, quae in Caelo, quae in terra, quae in mari naſcuntur..... Videmus enim caetera quoque animalia illius juris peritia cenſeri*. Hanc definitionem rejecerat quoque *Grotius* ipſe, quod & fecerunt notante eodem *Oſiandro*, plures alii, ut *Laurentius Valla*, *Franciſcus Conanus*, *Dominicus Sotus* &c, qui proinde exiſtimandi ſunt rationem Brutis denegaſſe. non eſt hic prætereundum *opuſculum paradoxicum quod ratio participetur a Brutis* exaratum ab *Antonio Capella* anno 1641. de quo etiam mentionem facit *Nicolaus Toppi* (b). Ipſe alibi jam animadverti *Buffon* dedignatum non eſſe ad explicandas Brutorum operationes *inſtinctum* aſciſcere (c), idque egiſſe etiam *Davidem Hume* (d). Hiſce addi poteſt doctiſſimus P. *Gerdil*, qui in ſuo egregio opere *Introduzione allo Studio della religione* ita differit = *I Bruti con tutta la loro accortezza, e ſagacità niuno indizio hanno mai dato di conoſcer le verità aſtrat-*

(a) Oſiander Annot. in libr. Grotii de jure belli ac pacis pag. 48, & ſegg.
(b) Biblioteca Napoletana p. 124.
(c) pag. 124.
(d) pag. 215.

ſtratte, sù cui ſi fondano le arti, e le Scienze, e perciò Loke ſteſſo è obbligato di negar loro la facoltà di formare idee aſtratte per indi comporne propoſizioni univerſali. Operano i Bruti per iſtinto naturale, e però uniforme in tutti quelli di una medeſima ſpecie, quanto ſi appartiene alla conſervatione della vita: provedono le Api il mele &c. (a). Sed quoniam de hoc celebri Philoſopho, ejuſque citato vere egregio opere incidit ſermo, nonnulla opportunum cenſeo hujuſce notare loca hoc noſtrum argumentum reſpicientia, quaeque plurimam afferre poſſunt lucem iis, quae hactenus proſequutus ſum. Cum enim de veteribus loquendo animadverterim, ipſos in Brutis animam admiſiſſe ejusdem naturae cum humana, quid illam vere & proprie voluerint eſſe patebit ex iis, quae de hac ſenſerunt, quaeque *Gerdil* fuſe examinat una cum eorundem veterum opinionibus circa Exiſtentiam, & Providentiam Entis Supremi, ſive Dei (b). De Anima univerſali praeſertim differit fuſe, & peculiariter juxta Pithagorae & Platonis placita (c), quorum ſententia circa Brutorum animam ipſi videtur aperta ex eo *Galeni* teſtimonio: *Pythagoras* & *Plato Bruta quoque rationem habere fatentur, corporis autem intemperie rationis uſu carere* (d) Male autem

in-

(a) Gerdil Introd. allo ſtud. della Relig. pag. 161. & ſegg.
(b) loco cit. pag. 196.
(c) loco cit. pag. 308., & 318.
(d) Hiſt. Philoſ. q. 125.

recentioribus intellectum fuiſſe *Syſtema animae univerſalis* putat, probatque; modumque aſſignat, quo illud excipi debeat, ne cum Encyclopediſta auctore *del belliſſimo Articolo Anima* aſſerere ſit opus, *che Bayle con ragione lo ſtimò piu aſſurdo del Siſtema degli atomi di Democrito e di Epicuro* (a). Sed jam ad formas ſubſtantiales nos convertamus.

Formarum Subſtantialium ſyſtema ſubtiliſſimis Scholaſticorum argutiis, & ſophiſmatibus fulcitum poſt litterarum reſtaurationem, ut animadvertit *Guerius*, *fut le ſentiment dominant dans les Ecoles. Peut-être le ſeroit il encore aujor d'hui, ſi par leurs railleries fréquentes & leurs invectives, Deſcartes, & les Carteſiens ne l'avoient rendu ſi mepriſable, que le moindre Profeſſeur rougiroit de le propoſer ſerieuſement, & qu'on ne le ſoutient plus que comme on conſerve les antiquailles* (b). Nihilominus eximius quidam in Bononienſi univerſitate Profeſſor jam litterariae Reipublicae notus pluribus, quae edidit, vere aureis operibus, & cujus vaſta admodum ſcientia, ſummaque elegantia vereor num in ullo alio noſtrae aetatis Philoſopho ſe ex aequo admirandam exhibeat, paucis ab hinc annis, ſaltem quod ipſe ſciam, ſuis Auditoribus hoc conſuevit tradere, nullum ſcilicet eſſe argumentum, quo *formæ ſubſtantiales* & *abſolutæ* materiam determinantes, & in mechanicis affectionibus non conſiſtentes jure meritoque excludantur; Nec obſcure innuebat, improbabile non eſſe, quod ab hiſce formis belluarum ſenſus

Q ap-

(a) Gerdil loco cit. pag. 250.
(b) Hiſtoire critique &c. T. 2. pag. 195.

ſtratte, sù cui ſi fondano le arti, e le Scienze, e perciò Loke ſteſſo è obbligato di negar loro la facoltà di formare idee aſtratte per indi comporne propoſizioni univerſali. Operano i Bruti per iſtinto naturale, e però uniforme in tutti quelli di una medeſima ſpecie, quanto ſi appartiene alla conſervatione della vita: provedono le Api il mele &c. (a). Sed quoniam de hoc celebri Philoſopho, ejuſque citato vere egregio opere incidit ſermo, nonnulla opportunum cenſeo hujuſce notare loca hoc noſtrum argumentum reſpicientia, quaeque plurimam afferre poſſunt lucem iis, quae hactenus proſequutus ſum. Cum enim de veteribus loquendo animadverterim, ipſos in Brutis animam admiſiſſe ejusdem naturae cum humana, quid illam vere & proprie voluerint eſſe patebit ex iis, quae de hac ſenſerunt, quaeque *Gerdil* fuſe examinat una cum eorundem veterum opinionibus circa Exiſtentiam, & Providentiam Entis Supremi, ſive Dei (b). De Anima univerſali praeſertim differit fuſe, & peculiariter juxta Pithagorae & Platonis placita (c), quorum ſententia circa Brutorum animam ipſi videtur aperta ex eo *Galeni* teſtimonio: *Pythagoras & Plato Bruta quoque rationem habere fatentur, corporis autem intemperie rationis uſu carere* (d) Male autem in-

(a) Gerdil Introd. allo ſtud. della Relig. pag. 161. & ſegg.
(b) loco cit. pag. 196.
(c) loco cit. pag. 308., & 318.
(d) Hiſt. Philoſ. q. 125.

recentioribus intellectum fuiſſe *Syſtema animae univerſalis* putat; probatque; modumque aſſignat, quo illud excipi debeat, ne cum Encyclopediſta auctore *del belliſſimo Articolo Anima* aſſerere ſit opus, *che Bayle con ragione lo ſtimò piu aſſurdo del Siſtema degli atomi di Democrito e di Epicuro* (a). Sed jam ad formas ſubſtantiales nos convertamus.

Formarum Subſtantialium ſyſtema ſubtiliſſimis Scholaſticorum argutiis, & ſophiſmatibus fulcitum poſt litterarum reſtaurationem, ut animadvertit *Guerius*, *fut le ſentiment dominant dans les Ecoles. Peut-être le ſeroit il encore aujor d'hui, ſi par leurs railleries fréquentes & leurs invectives, Deſcartes, & les Carteſiens ne l'avoient rendu ſi mepriſable, que le moindre Profeſſeur rougiroit de le propoſer ſerieuſement, & qu'on ne le ſoutient plus que comme on conſerve les antiquailles* (b). Nihilominus eximius quidam in Bononienſi univerſitate Profeſſor jam litterariae Reipublicae notus pluribus, quae edidit, vere aureis operibus, & cujus vaſta admodum ſcientia, ſummaque elegantia vereor num in ullo alio noſtrae aetatis Philoſopho ſe ex aequo admirandam exhibeat, paucis ab hinc annis, ſaltem quod ipſe ſciam, ſuis Auditoribus hoc conſuevit tradere, nullum ſcilicet eſſe argumentum, quo *formæ ſubſtantiales* & *abſolutæ* materiam determinantes, & in mechanicis affectionibus non conſiſtentes jure meritoque excludantur; Nec obſcure innuebat, improbabile non eſſe, quod ab hiſce formis belluarum ſenſus

 ap-

(a) Gerdil loco cit. pag. 250.
(b) Hiſtoire critique &c. J. 2. pag. 195.

appetitioneſque tanquam a principio pendeant. Videamus autem quid illae vere ſint in ſcholaſticorum vulgari ſententia, ut melius conſtet, quale voluerint iſti eſſe activum principium in Brutis. Formam ergo ſubſtantialem vulgo entitatem ſcholaſtici volebant eſſe, definiebantque *actum primum ſubſtantialem unum per ſe cum materia conſtituentem*. Quamvis autem a materiae entitate diſtincta, & materiae perfectiva in hac opinione ſit forma, a materia tamen omnino dependens eſt, quatenus a paſſiva ejuſdem potentia educitur, ſimulque in materia recipitur, ſive ſuſtentatur, materiam interim actuans, & ad varias corporum ſpecies pro ſui varietate conſtituendas, determinans. Formam hanc inſuper *ſemiſubſtantiam* dicebant, ſive ad ſubſtantiae naturam accedentem, addebantque illam, vel ſaltem illius ſemina ineſſe materiae, aliaque hujuſmodi ſexcenta effutiebant, quae *on a ſi bien mis en deruote*, inquit Auctor art. *Ame des Bêtes* in Encyclopedia, *que je ne penſe pas qu'on s'aviſe de les reproduire jamais: ces fantômes n'oſerojent ſoutenir la lumiere d'un ſiecle comme le notre* (a).

Expoſito generali veluti formarum ſubſtantialium conſpectu, videamus modo quot illum plures ſubjecerint modificationibus, & quomodo Brutorum operationibus per aliquod intrinſecum activum principium explicandis illum accomodaverint. *Thomas Willis* opus edidit *de anima Brutorum*, in quo hanc Scholaſticorum promovet, probatque opinionem, quam ſic exhibet: *Iſta par-*

(a) Encyclop. T. I. p. 290. edit. Luc.

ticularum ſubtilium congeries. (quae ſcilicet vitalium & Animalium Spirituum nomine vulgo deſignatur) *ſive anima, quae ſe ſe latius explicans, & particulas ſuas aliis craſſioribus inſinuans, & intertexens corpus fabricat, juxta figuram, & dimenſionem iſtius corporis exacte conformatur, ipſi coextenditur, & tanquam capſulae, aut vagine adamuſſim adaptatur, totum ac ſingulas ejus partes actuat, vivificat, ac inſpirat; porro invicem, ipſamet anima, ex ſe ſtatim diſſolvi, tenueſque in auras evaneſcere apta, a corpore continenti, in ſubſiſtentia ſua & actu conſervatur. Ita quidem anima, licet tenuiſſima, corporea, corporis quaſi Spectrum, ſive larva umbratilis videtur: Porro haec ſimul cum corpore ex materia rite diſpoſita emergens, hypoſtaſin, ſive ſubſiſtentiam ſuam, non minus quam corpus, juxta ideam, ſive typum ipſimet ex naturae lege praeſtitutum accipit; quamvis autem corpore intime uniatur, ejuſque velut ſubtegmen exiſtat, attamen textura ſubtiliſſima, & quaſi filo admodum praetenui conſtans, ſenſibus noſtris percipi nequit, at ſolummodo ab effectis & operationibus ſuis dignoſcitur*(a). Haec eadem tenuiſſe contendit veteres plurimos tum Medicos tum Philoſophos; *Nam*, inquit, *ut Democritum, Epicurum, Laertium, Lucretium, eorumque Sectatores praeteream, Hippocrates, Plato, Pyttagoras, Ariſtoteles, Galenus, cum multis aliis, ut ut circa alia diſcrepantes, in hanc ſententiam, ſcilicet animam*

 (Bru-

(a) Thomas Willis de Anima Brutorum parte 1. cap 2. pag. 14. 15.

(Brutorum) *aut ignem, aut quoddam ei analogum eſſe junctis quaſi manibus iverunt* (a). Proh quantum veterum auctoritate ſemper abuſi ſunt recentiores, & quam facile eſt eorundem quo arriſerit magis trahere verba! Clariſſimus *Gaſſendus* non aliter equidem opinatus eſt de Brutorum anima. Verum haec omnia placet apertiora etiam reddere verbis *Hieronymi Junctinii* in annotationibus ab ipſo appoſitis Poemati Philoſophico *Jo: Laurentii Stecchi* Inquit ergo ille = *ſcenderebbe anche la fiamma nel voto come il fumo ſe poteſſe conſervarſi ſenza il paſcolo dell' Aria e non reſtaſſe ſenza queſto ſoffocata ed eſtinta: Come la pura ſottiliſſima fiamma animante le membra de' Bruti ſmorzaſi, e ſpegneſi nella machina del Boyle per difetto di nutrimento, e di reſpiro, che unicamente dipende dall' Aria. E chi negherà poterſi a buon' equità determinare per ignea la tanto controverſa anima delle Beſtie, mentre vien tal ſentenza da sì gran numero di autorità, e di ragioni fiancheggiata? E vaglia il vero s' ingegna* Tommaſo Willis *di provare con Ragioni convincentiſſime, che definendoſi, e ſpiegandoſi il fuoco non* per externa iſthaec candicantiae, rutilantiae, & caloris accidentia (quae tamen non ſunt propriae paſſiones ejus) ſed per cauſas intrinſecas (b), *convenga in tutto e per tutto coll' anima delle beſtie; dal che ne ricava la ſua definitiva propoſizione* = Animam in Sanguine, aut liquore vitali gliſcente, aut flam-

(a) loco cit.
(b) loco cit.

flammam quandam eſſe ⩵ *coerente al penſiero del* Gaſſendo, *il quale dopo aver dimoſtrato ſecondo la ſentenza di Epicuro, l'Anime de' Bruti eſſer corporee, ed eſſere i corpi loro dotati di ſomma mobilità e compaginati d'Atomi sfuggevoli e rotondi*

At quod mobile tantopere' ſt, conſtare rotundis,
Per quam ſeminibus debet, per quamque minutis

quali appunto ſono i componimenti del foco, del calore, concluſe da gran maeſtro, Animam proinde eſſe quamdam flammulam, ignisve tenuiſſimi ſpeciem, quae quamdiu viget, ſeu manet accenſa tandiu vivit Animal: cum amplius non viget, ſeu extinguitur, animal moritur (a). Haec citatus *Junctinius* (b), quibus ſimilia prorſus ſunt, quae ſentit *P. F. Fortunatus a Brixia* (c). Hic tamen caeteros non videtur ſequi Peripateticos & Scholaſticos etiam caſtigatiores. Praedictam animam admittit quidem in Brutis, ſed hiſce negat omnem ſenſationem proprie dictam, vultque tandem eſſe *mera automata* (d), nihil aliud illi animae tribuendo, quam eſſe *principium motus progreſſivi*. Contra vero Scholaſtici ſenſum, vel ſentiendi facultatem aperte conceſſerunt animae Bruto-

 rum

(a) Phyſ. ſect. 3. memb. II. lib. III. c. 3.
(b) Annotaz. a libri tre delle meteore Poema filoſ. di Gio. Lor. Stecchi. al verſo 177.
(c) Phil. ſenſuum, phyſices part. p. 2. T. 4. ſect. 3. n. 4455. & ſeqq.
(d) loco cit. n. 4461.

rum ſupra in nonnullorum ex illis ſententia definitae, quam tamen generalius omnes cum *Patre Daniele* volunt eſſe *ens quoddam medium inter corpus*, (ſenſibile) *& Spiritum, non equidem ratiocinii & cogitationis capax, ſed tantum perceptionis, & ſenſationis: un être mitoyen entre les deux qui n'eſt pas capable de raiſonnement, ni de penſée, mais ſeulement de perception, & de ſenſation* (a). Id clare inter alios Doctiſſimus P. Maignan aſſerit, qui, ut loquitur Bayle (b), *malgré toutes ſes lumieres a croupi dans les erreurs, & dans la craſſe de l'Ecole à l'egard de l'ame des Bêtes*, quique ſic de Brutorum ſenſu, ſentiendique facultate diſſerit: *Id quod vocamus ſentire*, inquit, *non eſt ſine cognitione ejus rei, quae dicitur ſenſibilis: cum autem nihil externum ſit per ſe ſenſibile; ſed tantum per ſuam actionem; adeoque actio ejus ſit primario ſenſibilis: Et cum inſuper nos non dicamur alicujus agentis actionem ſentire, ſi ea dum in nobis ſit omnino lateat nos; conſequenter id quod vocamus ſentire non eſt ſine cognitione actionis, quae fit in nobis ſentientibus; immo quia ſentire nihil aliud ex parte ſentientis dicit, præter eam cognitionem; conſequens eſt ipſum ſentire quatenus ſe tenet ex parte ſentientis, conſiſtere in eo quod eſt agnoſcere ſe pati, quod coincidit cum eo quod eſt agnoſcere actionem in ſe receptam,*

(a) Voyage du Monde de Deſcartes pag. 82. & ſeqq.
(b) Dict. T. 4. art. *Rorarius*, rem. E.

ptam, ſeu paſſionem ſuam (a). Videri etiam poſſunt hanc in rem plures alii Peripatetici præſertim vero *Caſimirus Tolos*. qui etiam eam ſenſus definitionem refert, & approbat, quam habet *Caſſerius*, quaque *ſenſus* dicitur *objecti in organo formaliter ſuſcepti dignotio* (b). Hunc ergo ſenſum tribuerunt Brutis Scholaſtici, illiuſque principium activum voluerunt eſſe prædictam mediam ſubſtantiam.

Præter hactenus recenſitos hujuſce opinionis Patronos, pluresque alios, quos, ut præmiſi, ſilentio prætergredi opportunum cenſeo, *Pardies* videri poſſet nominandus; verum quamvis in ſuo opere *ſur la connoiſſance des Bêtes* pro viribus ſcholaſticorum tueatur opinionem, ita tamen Carteſianorum Syſtema omnibus, quae illi favere poſſunt, rationibus fulcitum proponit, ut in hoc potius ex corde pendere viſus ſit pluribus. Audiamus quid hac de re alter ſenſerit e *Societate Jeſu* ſcriptor ſupra citatus. *Il n'y a rien de plus ſeduiſant que les expoſitions que fait le Pere* Pardies *dans ſon livre intitulè* de la connoiſſance des beſtés, *ou mettant le Carteſianiſme dans toute ſa force ſur ce point, il va preſque juſqu' a convaincre ſes lecteurs que non ſeulement il n'eſt point beſoin d'Ame pour marcher, pour boire, pour manger, pour ſe plaindre, mais encore pour parler auſſi long tems que le fait un Predicateur dans un ſermon d'une heure*......

(a) Emanuel Maignan Philoſophia naturae. Cap. 24. n. 2. pag 527.
(b) Atomi Peripateticae T. 4. pag. 70.

Ce livre a fait paſſer ſon Auteur parmi les Peripateticiens pour un Prevaricateur, qui etoit Carteſien dans l'Ame, quelque application qu'il ait apportée a refuter le Carteſianiſme dans la ſeconde partie de ſon livre, & a defendre l'ancienne Philoſophie ſur le chapitre de l'ame des beſtes. Idem de P. Pardies fert judicium qui indicatum illius opus in Italicum tranſtulit ſermonem. Placet hoc etiam exhibere. *Dall'oſſervare*, inquit, *con quanta chiarezza propone, e con quanta forza ſtabiliſce da principio l'opinione de' Machiniſti, e che priva gli animali d'ogni cognizione, ſpendendo egli in ciò fare due terzi di tutta l'opera, e dall'oſſervare di poi quanto meno nervoſo, e forte egli ſia nel ſoſtener la parte contraria, ch'ei moſtra ſia ſuo ſentimento...... mi dò facilmente a credere, che il P. Pardies abbia uſato della cautela, che uſano altri grand'ingegni della ſteſſa Compagnia, a quali eſſendo proibito per coſtituzioni particolari de' ſuoi Superiori il difendere alcune propoſizioni moderne, ne dicono nelle opere ſue il ſincero loro ſentimento, e lo ſtabiliſcono con le più forti ragioni, & argomenti, ma con una ſpecie di letteraria hipocriſia la contradicono nel fine con ragioni contrarie sì alle prime, e forſe le più forti, che eglino ritrovar ſappiano; ma in fatti di poco nervo, facendo apparire di difendere la ſeconda, quando in effetto intendo-*

no

(a) Uoyage du Monde de Deſcartes pág. 9. & 10.

no di ſtabilir la prima (a). Quidquid autem ſit de hoc, ipſe ideo Pardies retuli inter aſſertores ſyſtematis Peripatetici, quia ſcilicet illud defendit rationibus caeteris illius patronis familiaribus. Hanc ob rationem hic per me locum habere debet ſeptuagenarius ille Philoſophus, qui in citato opere *Entretiens ſur la nature de l'ame des Bêtes* ſcholaſticorum propugnat opinionem.

Sunt qui huic ſententiae addictos extitiſſe velint; plures ſanctos Patres, praeſertim vero D. Auguſtinum; verum de hiſce quantum ſatis videri poteſt, differit auctor noſter in pluribus ſuorum Dialogorum locis. Hactenus tamen recenſitis adjungi poteſt D. *Morſuace de Beaumont*, qui eleganti ſſimis carminibus materialem animam ferme in Peripatetico ſenſu vindicavit Brutis, quamvis tandem concludat.

Tu te perdrois au bord de ce profond abime
Et de ta hardieſſe on te feroit un crime (b).

Non eſt pariter hic omnino prætereundum opus *Theophili Rainaud* e Societate Jeſu *Calviniſmus Beſtiarum Religio*, in quo cum illud ſibi aſſumpſerit probandum, Thomiſtarum ſcilicet doctrinam hominem ad Brutorum conditionem deprimere, eo quia,

(a) Dell' Anima delle Beſtie &c. trattato del P. Pardies portato dal franceſe all' Italiano Idioma pref pag. 5.
(b) Apol. des bêtes 1732. Paris

quia, ut perperam contendit, illum liberi arbitrii expertem faciant, hoc praeterea inſinuat, quod plures etiam opinati ſunt, nempe ſi homines libero arbitrio ſunt praediti, deſtituuntur autem Bruta, illud eſſentiale diſcrimen inter horum animas ſit oportet, quo fiat ut illorum quidem ſpirituales, horum vero materiales ſint animae

Notare demum hac in re opportunum cenſeo, poſſe nempe videri ſavere ſcholaſticorum opinioni eos omnes, qui Brutis vere & omnino materiales animas tribuerunt, vel exiſtimarunt facultatem ſentiendi, cognoſcendique convenire poſſe materiae. Haec ſaltem opinio ex illa videtur ortum traxiſſe. Cum enim maximam quiſque pateretur difficultatem in admittendis entibus vel ſubſtantiis inter Spiritum, & materiam vel corpus mediis, ut neutrum eſſent, factum eſt ut ipſis ſubſtituerint plures materiam ipſam infinite diviſam, & ſubtilem, & huic ſenſus noſtros omnino fugienti illas tribuerent facultates, quae incompatibiles, ut opinantur, ſunt tantum cum materia craſſiori, & inerti nobis cognita. Affines ergo ſunt me judice hae opiniones, quemadmodum, & illa *inſtinctus*. Sane plures *inſtinctus* & *materialis animae* opiniones ſimul confuſas, & ad unam redactas tuentur. Ita *D. Le Gendre*, qui materialem animam in Brutis (a) nititur deducere ex illo Geneſeos loco *Producat terra animam viventem in genere ſuo, jumenta, & reptilia, & beſtias terrae* (b); quem fuſe

(a) Traité de l'opinion T. 2. p. 602. & ſeqq.
(b) Gen. c. 1. v. 24.

ſe explicat auctor noſter *Dialogo* VI. (a). Quicumque ergo materiales animas tribuerunt Brutis illi videri poſſunt convenire cum ſcholaſticorum opinione de formis ſubſtantialibus; Quin, ſi litis ex Auctoritate dirimenda eſſet contra Carteſianos, poſſent etiam pro ſententia Spiritualem animam ipſis Brutis concedente aliquo modo citari ob rationem a me ſupra ſuo loco indicatam (b). Huc ergo referri poſſunt quae impie excogitarunt poſt *Epicurum*, ejuſque ſceleſtiſſimos ſectatores, *Spinoſa*, & *Hobbes*, *qui* (ut inquit Encyclopediſta ſaepius citatus, qui eos acriter & perbelle refellit) *font conſiſter la nature de l' Ame non dans la faculté de penſer, mais daus un certain aſſemblage de petits corps deliés, ſubtils, & forts agités, qui ſe trouvent dans le corps humain &c.* (c).

Non poſſum quin aliqua etiam hic verba faciam de Italico quodam ſcriptore *Joſepho Antonio Conſtantini* auctore *delle lettere critiche, giocoſe, morali &c.* Hic Epiſtola trigeſima primi tomi jactat, me judice temere, ſe novum proferre de Brutorum anima ſyſtema; Ea enim inſcribitur *Anima delle beſtie nuovo ſiſtema*. Nihil aliud porro eſt in hoc novo Syſtemate Brutorum anima, quam *uno ſpirito, che ſi diminuiſce ed accreſce, e che con la morte totalmente ſvaniſce; e come é viſibile, che la ſua reſtituzione ſi*

ſa

(a) pag. 105. & ſeqq.
(b) pag. 209.
(c) Encyclopedie &c. t. 1. pag. 283. edit. Luc.

ſa col reſpirar l'aria; così quando totalmente ſi ſtacca, nell' aria ritorna (a). Ne autem ulla ſubeat aequivocatio in ea voce *ſpirito*, paulo ante dicit = *Filoſofando adunque, io trovo, che l'uomo e la beſtia hanno uno ſpirito materiale ſoggetto ad incremento, e diminuzione ſparſo per tutte le parti, e che come ſottiliſſimo inceſſantemente va conſumando, e reſtituendoſi* (b). Tandem hujuſmodi ſpiritus ille eſt, qui vulgo dicitur *Spiritus vitalis*, de quo fuſe diſſerit in ſequenti Epiſtola. (c). Utrum autem novum revera ſit hoc ſyſtema facile quiſquis ex ſupra dictis colligere poterit. Quod ipſe *Conſtantini* refert ex Platone prohibere debebat, ne illud novum diceret. Ignoraſſe illum ſane dicamus oportet, quod habet inter caeteros SS. PP. platonicis placitis addictos D. *Auguſtinus: Vita Brutorum*, inquit S. Doctor, *eſt ſpiritus vitalis conſtans de aere & ſanguine animalis, ſed ſenſibilis, memoriam habens, intellectu carens, cum carne moriens, in aera evaneſcens* (d). Quid conformius ſyſtemati *Conſtantini*, quem ejus novitatem ſomniaſſe, non ſerio tenuiſſe credere malo? Caeterum *Malebranchius* opinatus eſt D. Auguſtinum non corpoream, ſed ſpiritualem admiſiſſe animam in Brutis, in quo illum deceptum eſſe contendit *Bayle* (e). Inter caetera in hanc rem haec

(a) pag. mihi 187.
(b) pag. mihi 184.
(c) nel medeſimo ſoggetto. Spiríto vitale, ſogni &c. pag. 189.
(d) de Cognit. verae vitae c. 4. & de ſpiritu & Anima cap. 23.
(e) Dict. t. 4. art. Rorarius rem C.

haec habet *Malebranchius: Il ya bien d'autres ſemblables principes dans les ouvrages de S. Auguſtin, dont on peut conclure que les bêtes n'ont point d'Ame Spirituelle telle qu'il admet en elles* (a). De Auguſtini mente in re noſtra plura habet pluribus in locis auctor noſter. Ut autem plenius appareat non ſolum a *Conſtantinio* propoſitum ſyſtema novum non eſſe, verum etiam, quid veteres ſcholaſtici pro Brutorum anima poſuerint, videamus quid huic analogum admiſerint in homine praeter ſpiritualem & rationalem animam. Ad hoc autem aperiendum nil aptius iis, quae habet *Poiretus*, attentis praeſertim objectionibus, quas ex *Sedano* accepit. En ergo Poireti verba. *Cum Deus ſit conſtans in ſuis operibus, maxime in praecipuis, & quoad fundamentaliora, condideritque mentes quaſdam, humanas nempe, corporibus annexas; probabile non eſt id opus vel per aliquod tempus ex toto interrumpi atque deſtrui; & ex hiſtoricis ſacris habemus, Moſen, cujus cadaver omnino cecidit, cum Elia apparuiſſe Apoſtolis Chriſtum in transfiguratione radiantem ſpectantibus: id quod ſine corpore, cui mens fuerit juncta, fieri non poterat. Nonnulli ad corpus ex aere aſſumptum recurrunt: At quidni id ex ipſo Moſis corpore [& ſic de caeteris] eſſet, portio nempe materiae illius internae ſpiritualioris, ſubtilioris, & purioris, quae depoſito cadavere, ſeu tegmine, vel cortice, aut ſcabie vel rubigine quadam, exhalaret, & menti*

(a) Eclairciſſemens ſur le VI. livre de la recherche de la verité pag. mihi 380. 381.

ti adhuc unita, ejus regimine, ſecundum Dei placitum dirigeretur (a)? Quae autem refert ipſi ita ſentienti fuiſſe oppoſita clarius etiam ſcholaſticorum mentem explicant; *Obſerva*, objiciebat quidam, *opinionem viri docti non multum diſcrepare a quorundam ſcholaſticorum placitis, qui praeter quatuor elementa neſcio quam quintam eſſentiam venire in compoſitionem humani corporis opinantur, quae ſit veluti medium quoddam vinculum, quo incorporeus & immortalis animus cum terreno & mortali corpore copuletur: Aliter enim ſi res eſſet nulla videretur eſſe proportio & convenientia inter corpus & animam rationalem: Et illam quidem quintam eſſentiam naturae caeleſtis eſſe volunt, eamque ferre animum quando per mortem e corpore migrare cogitur, & in ea paenas apud inferos luere ſceleribus ſuis promeritas* (b). Huc ſpectant, quae Platonicus Anonymus auctor operis *Philoſophia vulgaris refutata* editi an. 1690. refert de *Okamo, Antonio Mirandulano, Liceto*, aliiſque, quos dicit animam hominis veluti duabus ſubſtantiis compoſitam credidiſſe, *alia immateriali, quae creatur a Deo, alia materiali, quae ex traduce progignatur*. Si locus id poſtularet poſſem ex ipſis ſanctis Patribus plura adducere his omnino ſimilia; Illud enim *ſpiritus vehiculum*, quod apud illos; praeſertim vero apud S. Auguſtinum occurrit, huc tan-

(a) Poiret Cogitat. rational. de Deo, anima, & malo. in Appendice n. 1. pag. 611. Edit Amſtelod. 1685.

(b) Idem reſpons. ad primas obiect. pag. 696. & 697.

tandem recidit. Praeterea diſtinctio olim vulgatiſſima, & acceptiſſima *animi*, *animae*, & *mentis* huc etiam ſpectat. Verum non eſt diutius in hiſce immorandum, quae quamvis videri poſſent a propoſito ſcopo aliena, revera autem non ſunt, cum maxime juvent ad diſtinctiorem efformandam illius ſubſtantiae materialis ideam, quam ſcholaſtici pro Brutorum anima poſuerunt.

Dum haec actu ſcribo prodiunt, & ad manus perveniunt meas Ephemerides Florentinae 10 Luglio 1761. in quibus haec lego = *Valendomi dello ſteſſo metodo di filiſofare dagli effetti, e dalle operazioni à loro principj, non poſſo ne pure eſſere affatto ſcettico intorno alla natura delle Anime delle Beſtie: Concioſiacoſachè, non vedendo in eſſe altre operazioni, ſe non quelle, che dipendono dai ſenſi, o dagli organi del corpo, o dalle impreſſioni, che fanno in eſſi gli oggetti materiali, e ſenſibili, ne argumento, ſiccome nell' operare onninamente dipendono dalla materia, così abbiano un' eſſere onninamente dipendente dalla materia, e però ſiano materiali; intendendo per eſſere materiale quello, che nell' operare, e conſeguentemente nell' eſſere onninamente dipende dalla materia* (a). Hoc autem ideo retuli ut appareat, quam recte alibi monuerim non cenſendos eſſe diſſentire omnino a ſententia ſpiritualem animam in Brutis admittente omnes illos, qui illam dicunt materialem. Hinc etiam clarius fiet, quomodo plurium au-

cto-

(a) Novelle letterarie num: 28. Milano col: 436.

ctorum ſimilia habentium ſumi & explicari mens poſſit, & aliquando debeat.

De ſyſtemate *Automaton* dicamus tandem. *Commençons par rendre gloire a la verité* (a) dicam & ipſe cum Guerio. *Le ſyſtême des automates eſt il de Deſcartes, n'en eſt il pas?* Non eſt per Guerium ſolutu difficilis hujuſmodi quaeſtio. In mentem revocentur, inquit ille, quae alibi diximus (b) & apparebit *que plus de quatre mille ans peut-être avant qu'il y eût au monde un Deſcartes on avoit fait des Bêtes de pures machines. Ce qu'il y a de ſingulier eſt qu'Ariſtote lui-même Ariſtote le pere des Peripateticiens & des formes ſubſtantielles, Ariſtote le but des Railleries & le fovet perpetuel des Carteſiens, ovi Ariſtote a, ſi non ſoutenu* (c), *du moins expoſé clairement la même hypothèſe* (d). Idem de Ariſtotele aſſerit Pardies, illud forte obtinere confiſus, tanti viri ſcilicet auctoritate majus acceſſurum pondus ſententiae, quam ex corde tenet. Verum *Bayle* contendit perperam ex indicatis Ariſtotelis locis colligi ipſum praeiviſſe Carteſio in ſyſtemate *Automatón;* neque enim probare licet, Ariſtotelem unquam vel ut theſim, vel ut hypotheſim ſtatuiſſe Bruta non ſentire, aut cognoſcere (e). Poſt Ariſtotelem citat *Guerius* Tullium,

(a) Hiſtoire Critique &c. t. 2. pag. 237.
(b) Hiſtoire critique &c. t. 1. pag. 196. & noſtri operis pag. 193.
(c) Ariſt. de Animal. mot. c. 7. & de gen. Anim. l. 2. c. 1.
(d) Hiſtoire chrit. &c, loco cit.
(e) Dict. t. 3. art. Pereira: rem. H.

lium, qui refert Pherecratem quemdam haec de Brutis ſenſiſſe, ſcilicet *neque eſſe... animam in Beſtia.... quippe quae nulla ſit, nec ſit quidquam, niſi corpus figuratum* (a). Ipſe Daniel Huetius contendens Carteſium nihil unquam protuliſſe, quod in praedeceſſorum ſcriptis non adinveniatur, haec de ſyſtemate *automatón* habet relate ad Ciceronem, alioſque veteres. *Quid hoc eſt vero, quod apud Ciceronem legimus* (b), *beſtias ſimile quiddam facere perturbationem animi, in perturbationes non incidere, quod hae eveniant ſolum ex aſpernatione rationis, qua carent beſtiae? quid aliud, inquam ſuadet hoc nobis, quam beſtias mera eſſe automata? Nam ſi perturbationibus carent, neque herum diligit canis, neque lupum ovis reformidat: immo nec cibum appetunt, nec dolorem fugiunt, nec mortem timent: Sed ex coacto caecae materiae motu id facere videntur quod non faciunt. Scribit conceptis verbis Plutarchus* (c) *crediidiſſe Diogenem brutas animantes, neque intelligere neque ſentire: quod & confutavit Porphyrius* (d). *Sciſcit Proclus* (e) *animalia tantum rationalia anima eſſe praedita; additque decretum eſſe a Platone animam vere eſſe eam, quae ratione polleat, caetera ſimulacra animarum. At nemo doctrinam hanc vel tradidit apertius, vel fuſius propugnavit, quam Gometius Pereira* (f).

R Haec

(a) Cic. Tuſc. quaeſt. l. 1.
(b) Cicero Tuſc. quaeſt. l. 4.
(c) Plutarchus de plac. Philos. lib. 5. c. 20
(d) Porphyr. de abſtinentia ab animal. l. 3.
(e) Procl. in Platon. Philoſ. l. 3 c. 1.
(f) Petrus Daniel Huetius, Cenſura Philoſ. Carteſianae c. 8. pag. 208. edit. Paris. 1689.

Digitized by Google

Haec eadem de ſyſtemate *automatón* habent plures alii. Cum auctor *Nouvelles de la republique des lettres* de eodem dixiſſet, quod ante Carteſium erat adeo ignotum *que s' il n' eut jamais eté mis au Monde, & il y a beaucoup d' apparence, que Mr. Deſcartes, qui liſoit peu n' en avoit jamais oui parler &c.* (a), duas relate ad hoc accepit epiſtolas, quarum primae auctor contendebat temporibus D. Auguſtini jam agitatam fuiſſe hujuſmodi quaeſtionem (b); id quod aſſerit etiam Guerius (c) eundem Auguſtini locum proferens, videlicet = *Quod autem tibi viſum eſt, non eſſe animam in corpore viventis animalis, quamquam videatur abſurdum, non tamen doctiſſimi homines, quibus id placuit, defuerunt, neque nunc arbitror deeſſe* (d): Auctor vero ſecundae remotiorem adhuc antiquitatem illi tribuens opponebat Stoicos praeſertim negaſſe Brutis omnem ſenſum, & cognitionem, idque pluribus fulciebat Senecae locis (e), tandemque addebat tercentum annos ante Stoïcos Diogenem Cynicum idem ſenſiſſe (f), idque ex Plutarco colligere nitebatur (g). In alio autem opuſculo, quod M. *du Rondel*

(a) Nouvelles de la Republique des lettres Mars 1684. art. II. pag. 20. & ſeqq.
(b) Idem Avril 1684. pag. 435.
(c) Hiſtoire critique t. 2. pag. 238.
(d) Auguſt. de quantit. Animae c. 30.
(e) Senec. lib. I. de Ira Dei cap. 3. & de Benefic. lib. II. cap. 19.
(f) Nouvelles &c. Octobre 1684. art. XI. pag. 838. & ſeqq.
(g) Plut. de placit Philoſ. l. 5. cap. 20.

del auctor praedictae epiſtolae ad Bayle miſit, & videri poteſt apud hunc (a), fuſe perſequitur doctiſſimus vir Cynicorum philoſophiam cum Macrobio (b), ut pateat ipſos revera, praeſertim vero Diogenem, bruta habuiſſe ut *Automata*. Ipſe *Baillet* exarator accuratiſſimus vitae Carteſii, quamvis contendat a nemine hunc Philoſophum ſyſtema *Automatón* deprompſiſſe, tamen circa hujus antiquitatem convenit cum praefatis auctoribus; inquit enim = *Ce dogme au reſte n'etoit pas né avec Pereira: & du tems de Saint Auguſtin il etoit agité par de trés Sçavans hommes, comme une choſe, qui ne laiſſoit pas de ſe bien ſoutenir malgré l'apparence d'abſurdité, que le vulgaire y trovoit. Cette opinion etoit encore plus ancienne que S. Auguſtin, que Seneque même, & que les premiers Ceſars ſelon l'obſervation de M. du Rondel; qui la fait remonter juſqu'aux Stoiciens, & aux Cyniques* (c). Sed examinemus paucis haec omnia videamuſque quid ſentiendum de ſuppoſita vetuſtate ſyſtematis *Automatón*.

Quod ſpectat ergo tempora D. Auguſtini; qui objecerat hunc cap. 30. *de quantitate animae* ſyſtema *automatón* clare indicaſſe, palinodiam cecinit. *Celui qui nous avoit avertis, que S. Auguſtin temoigne que de ſon temps on ſoutenoit que les bêtes n'ont point d'Ame, nous a écrit depuis peu qu'ayant conſulté le chapitre* 30. *du li-*

(a) Bayle Dict. t. 3. Art. Pereira rem. C.
(b) Macrob. in ſomnium Scipionis l. 1. cap. 12. & 14.
(c) Baillet vie de Deſcartes t. 2. p. 537.

livre de quantitate animae, ou on lui avoit dit que cela etoit contenu, il avoit trouvé qu'il n'y étoit nullemente queſtion du ſentiment de Gomeſius Pereira. Ainſi violà à cet egard ma remarque rehabilitée & juſtifiée, ſçavoir qu'avant Gomeſius Pereira perſonne n'avoit enſeigné que les bêtes ſont de Machines. Il ne reſteroit plus qu'a &c. (a). Utique nihil aliud remanet videndum, quam vera ſint; nec ne quae *Pardies*, *du Rondel*, *Huetius* opponunt, & adoptarunt *Baillet*, *Guerius*, aliique. Exordiamur ab eo, quod de *Ariſtotele* dicunt. Jam retuli, quid Bayle in hoc diſſidio ſentiat; placet autem rem altius penetrare.

Norunt omnes *Porphyrii* opinionem de Brutorum anima. *Porphyrius l. 3. de abſtinentia ſtatuit*, inquiunt Conimbricenſes, *naturam omnibus animantibus, quibus ſenſum & memoriam tribuit, rationem quoque, imo & orationem, tam internam, quam externam tribuiſſe...... aſſerit itaque bruta rationem participare, neque per eam ab illis hominem ſimpliciter diſtingui; ſed quod homini perfectum rationis acumen inſit, illis imperfectum* (b). Porphyrius ergo ita ſentiens iiſdem teſtantibus *confirmat iſtiuſmodi dogma...... teſtimonio Empedoclis, & Platonis, atque etiam Ariſtotelis, quos idem cenſuiſſe ex eorum dictis ſcriptiſque haberi ait* (c). At quoniam incidit ſermo de

hac

(a) Nouvelles de la republique des lettres Avril 1685. pag. 435.

(b) Conimbricenſes in phyſicam Ariſtotelis l. 2. c. 9. Queſt. 3. Art. 1. pag. 225.

(c) loco cit.

hac loquendi facultate a Porphyrio Brutis conceſſa, antequam aliud quicquam ex relatis verbis colligam, liceat cum citatis auctoribus obiter notare: *Quod.... addebat Porphyrius, bruta inter ſe colloqui, & a quibuſdam intelligi, non ita eſt, etſi ita eſſe crediderit quidam ex Haebreis doctoribus, teſte Abulenſi ad capit.* 3. *lib.* 3. *Regum, quaeſt.* 11. *aſſerens, eorum voces percaluiſſe Salomonem* (a). Porro quomodo audere potuiſſet *Porphyrius* pro ſuo dogmate auctoritatem adducere *Ariſtotelis*, ſi verum eſſet, ut *Pardies*, & *Guerius* aſſerunt, ipſum *Automatón* tenuiſſe, & clare pluribus in locis expoſuiſſe ſyſtema vel hypotheſim? Verum quidem eſt, *Conimbricenſes* velle *Porphyrium* auctoritate *Ariſtotelis* abuſum fuiſſe: addunt etenim = *Quod autem aſſerebat Porphyrius, ex Ariſtotelis doctrina colligi, exiſtimaſſe illum bruta ratione pollere: falſum eſt: niſi rationem ſumat pro rationis imitatione, quam ſolam brutis quibuſdam Ariſtoteles attribuit* (b). Verum ad haec ſubdit Bayle = *Peut-être ne leur ſeroit-il pas bien facile de faire voir, que leur Ariſtote ait établi une difference ſubſtancielle entre l'Ame des Brutes, & celle de l'homme; car de dire qu'il n'a point cru que les bêtes ſe conduiſſent par raiſon, ne ſeroit pas une bonne prouve; puis qu'il eſt certain, que les enfans d'un an & les frenetiques ont un' ame de la même eſpece, que les perſonnes les plus raiſonnables, & qu'il paroit plus de raiſon dans la plupart des Animaux, que dans les en-*

(a) ibidem
(b) loco cit. art. 3. pag 227.

enfans d' un an, & que dans les frenetiques. On pourroit donc croire qu' Ariſtote ne reconnoiſſoit qu' une difference du plus au moins, entre l' ame de la béte, & celle de l' homme, c' eſt a dire, que la difference des organes faiſoit, ſelon lui, que l' ame de l' homme raiſonnoit ſubtilemet, & facilemente, & que celle de la béte ne raiſonnoit que d' une façon confuſe (a). Non video quam ob rationem hic *Bayle* velit, omnem differentiam inter Brutorum & hominum animam *Ariſtotelem* deſumpſiſſe ex organorum diſcrimiae. Nonne aeque bene argumentum adductum procedit, etiamſi dicatur, deſtitui vel omnino, vel partim ſaltem ea facultate Bruta, eo quia, quamvis non poſſit haec convenire niſi ſubſtantiis ſpiritualibus, nulla eſt tamen neceſſitas, quod debeat ex aequo in omnibus, quorumlibet ſint ordinum exiſtere? Detur ergo quod imitatio tantum vel imago rationis fuerit ab *Ariſtotele* conceſſa Brutis; non inde tamen licebit colligere ipſum inter horum & hominum animas non eſſentialem tantum, ſed & ſubſtantialem poſuiſſe differentiam, multoque minus Bruta tanquam mera automata traduxiſſe. Pergamus autem haec quae Ariſtotelem ſpectant aliis Bayle verbis, & quidem efficacioribus expedire. Dictis ergo haec paulo mox addit: *Ces paſſages* (loca ſcilicet, quae ex Ariſtotele affert Pardies) *font beaucoup d' honneurs á Ariſtote Ils temoignent, I. qu' il á connu la méchanique que la nature a pratiquée dans le corps des animaux, & qu' elle y exerce journellement.* 2. *qu' il*

(a) Dict. t. 3. art. Pereira rem. E.

qu'il a connu la difficulté inconcevable de la penſée de la matiere; mais enfin il n a jamais avancé, ni comme une choſe coſtante, ni comme un ſuppoſition, que les bêtes ne ſentent point: il ne les a pas depouillées de penſée, en prenant ce mot comme le prenent les Carteſiens: mais en le prenant dans un ſens particulier, pour ce que l'on nomme meditation, reflexion, deliberation. Il n'y a nulle apparence, qu'il ait defini la memoire comme le Pere Pardies l'aſſure; car cette definition ne met point de difference entre l'imagination & la memoire. Et en tout cas les bêtes ne ſeront jamais des machines, pendant qu'elles ſe pourront former l'image d'un objet abſent: c'eſt ce qu'importe la memoire, ſelon l'explication même du Pere Pardies. Enfin ce Jeſuite n'a eu aucune droite de ſe pourvoir contre la critique qui a eté faite du Traducteur d'Ariſtote (a). Bouleveſthai *eſt une eſpece de penſée, & non pas en general la penſée; de ſorte qu'encore que l'homme fut ſeul capable du* Bouleveſthai, *comme le veut Ariſtote, il ne s'enſuivroit pas, qu'il fût le ſeul qui penſât* (b). Haec quoad Ariſtotelem.

Quod vero ex Cicerone objicitur adeo cum iis, quae de Stoicorum doctrina afferuntur, eſt conjunctum, ut eadem reſponſione debeat complecti. *Guerius* de Stoicis, quemadmodum & de aliis ferme omnibus veteribus vel Romanis, vel

(a) Pardies de la connoiſſance des Bètes n. 72.
(b) Bayle Dict. t. 3. Art. Pereira rem. H.

Graecis pauca admodum, praeſertim in re noſtra differit; Ipſe ideo parcus etiam fui in illorum doctrinis examinandis: praeſertim cum in ea ſim ſententia, ut exiſtimem, idem eſſe veterum tenebris omnino obvoluta dogmata ennixe perſcrutari, ac futilibus fruſtraneam dare operam, tempuſque terere. Verum cum maxima ſyſtematis *automatón* celebritas, ipſique a Carteſio, ut ejuſdem ab omnibus reputato auctore, derivata denominatio, tandemque hujus meae hyſtoricae diſſertationis initio manifeſtatus ſcopus (a) videatur exigere, ut illius vindicem novitatem, mirum ideo videri non poterit, quod hic nonnullarum veterum ſectarum retrogrado quaſi curſu examinem placita.

Stoici ergo, quemadmodum reliqui ferme omnes antiqui Philoſophi, animam univerſalem admittentes hujus totidem partes, ſeu emanationes, quotquot exiſtunt in creaturis, animas eſſe volebant *perſuaſum iis a Deo, ideſt mundi Anima, animam hanc eſſe. Laertius* (b): Animae univerſi, partes eſſe animantium animas. *Omniumne animantium? omnium: Sed aliae aliis magis participant, ut ſunt corpora, & inſtrumenta. Eſt ſocraticum* (c): Mundi animam, fontem animarum omnium eſſe. *Sed illam, quae ratione uteretur, cognatum & participem, imo jam partem divinitatis eſſe. Plutarchus* (d) Anima mentis & ratiocinationis conſors, non opus ſolum Dei; Sed & pars eſt;

(a) pag. 187.
(b) in Zen.
(c) Apul. de dogm. Platonic.
(d) Quaeſt. Platonic.

eſt; neque ab ipſo, ſed ex ipſo eſt facta. *Enim vero etiam aliae [hac ratione] partes Dei, ideſt mundanae animae: Sed iſta ſcilicet eximie, & quae proxime vim naturamque ejus referret.* (a). Quomodo ergo poterant docere, brutorum animam quolibet deſtitui ſenſu? Omnia in hoc mundo per *Zenonem*, & generatim per Stoicos quadam intelligentia & ratione illa permeante repleta erant. Licebit ergo aſſerere illos bruta ut mera automata quolibet orbata ſenſu traduxiſſe? Audiatur Cicero: *Nec magis approbabit..... quam quia Stoicus eſt, hunc mundum eſſe ſapientem, habere mentem; quae ſe & ipſum fabricata ſit, & omnia moderetur, moveat, & regat. Erit perſuaſum etiam, Solem, Lunam, Stellas omnes, terram mare, Deos eſſe; quod quaedam animalis intelligentia per omnia ea permeat, & tranſeat* (b). Similia habet aliis in locis (c).

Quod ſi *Seneca* illud revera innuere voluit in locis praeſertim a D. *du Rondel* objectis, quod hic contendit, jam ille ſuimetipſius confutationem pluribus aliis ſuorum operum in locis aperte texuit En quae habet Epiſtola 124 = *In quo non poteſt beata vita eſſe, nec id poteſt quo beata efficitur: beata autem vita bonis efficitur; in muto animali non eſt quo beata vita efficitur; Ergo in muto animali bonum non eſt. Mutum animal ſenſu comprehendit praeſentia: praeteritorum remini-*

(a) Lipſius Phyſiolog. Stoicorum l. 3. diſſert. 8. pag. 984.
(b) Cic. Acad. Queſt. l. 4.
(c) de Nat. deor. lib. 3.

niſcitur, cum id incidit, quo ſenſus admonetur: tanquam equus reminiſcitur viae cum ad initium ejus admotus eſt. In Stabulo quidem nullae viae, quamvis ſaepe calcatae memoria eſt. Nec illud nego, ad ea, quae videntur ſecundum naturam, magnos eſſe mutis animalibus impetus, & concitatos, ſed inordinatos, ac turbidos. Nunquam autem aut inordinatum eſt bonum, aut turbidum. Quid ergo, inquis, muta animalia perturbate & indiſpoſite moventur? Dicerem illa perturbate & indiſpoſite moveri, ſi natura illorum ordinem caperet: nunc moventur ſecundum naturam ſuam: Perturbatum enim id eſt, quod eſſe aliquando & non perturbatum poteſt. Sollicitum eſt, quod poteſt eſſe ſecurum. Nulli vitium eſt, niſi cui virtus poteſt eſſe. Multis animalibus talis ex ſua natura motus eſt. Sed ne te diu teneam, aliquod erit bonum muto animali, erit aliqua virtus, erit aliquid perfectum: Sed quale nec bonum abſolute, nec virtus, nec perfectum. Haec enim rationalibus ſolis contingunt, quibus datum eſt ſcire, quare, quatenus, quemadmodum. Ita bonum in nullo eſt, niſi in quo ratio (a). Rationem ergo, ſapientiam, verum bonum, veramque felicitatem tantum, non item vero ſenſum quemlibet Carteſianorum more Brutis negavit Seneca. Equidem nonnulla alibi in ejus Epiſtolis occurrunt, quibus apertiora pro vero in Brutis aſſerendo ſenſu a ſcholaſticorum nemine expectari poſſunt. *Qualis*, inquit, *ad nos pervenit animi noſtri ſenſus, quamvis naturam ejus ignoremus, ac ſedem, talis ad omnia ani-*

(a) Seneca Epiſt. 124. pag. mihi 477.

animalia conſtitutionis ſuae ſenſus. Neceſſe eſt enim id ſentiant, per quod alia quoque ſentiunt neceſſe eſt ſenſum ejus habeant, cui parent, a quo reguntur. Nemo non ex nobis intelligit eſſe aliquid, quod impetus ſuos moveat: quid ſit illud ignorat, & conatum ſibi eſſe ſcit: quid ſit aut unde ſit, neſcit. Sicut infantibus, ſic quoque animalibus, principalis partis ſuae ſenſus eſt, non ſatis dilucidus, non expreſſus (a). Quis autem non hinc colliget, Senecam non ſolum, *conſtitutionis ſuae ſenſum* ineſſe Brutis ſtatuere (quod ſibi, tanquam theſis, probandum aſſumpſerat in hac epiſtola) verum etiam *ſenſum ſenſus* eiſdem largiri, ut ſcilicet ſe ſentire ſentiant; quod tamen non omnes volunt, qui etiam a Carteſii ſyſtemate longiſſime diſtant?

Non eſt tamem exiſtimandum haec ſolius Senecae privata eſſe dogmata; Eadem tenebat tota Stoicorum Secta. Audiatur Diogenes Laertius: *Primum autem hanc animantibus appetitionem fuiſſe dicunt*, [*Stoici*] *ſeipſum tuendi atque ſervandi, natura ſibi ipſum ab initio conciliante, ut* Criſippus *ait* in 1. de finibus, *primum proprium cui animanti dicens ſui ipſius fuiſſe commendationem, hujuſque conſcientiam* (b). Verum ne ullam inferre poſſint vim, quae ex Seneca objecit *du Rondel*; ex quibus videtur colligi omnem iram, omnemque benefaciendi animum, unoque verbo univerſos affectus brutis negaſſe illum; Animavertendum eſt, ipſum tanquam ineluctabile princi-

(a) Seneca epiſt. 121. pag. 467.
(b) Diog. Laert. in Zenon. lib. 8. n. 85. pag. 416.

